UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aurea Rosa id e[st] pre||clarissima expositio sup[er] eua[n]gelia to||tius anni

Mazzolini, Silvestro

Hagenaw, M.dxvi.

VD16 M 1751

Tractatus II

urn:nbn:de:hbz:466:1-70365

Visual Library

ñ nō scī sint infideles: p̄dicta itelligūt
bīe veritatē. qz semp sensus scrō̄z: imo
catholicoz oim p̄ferendꝰ est. Tum qa
magꝭ p̄sumēdū est q̄ illi q̄ i gremio ec̄
cleſie sūt: cui ecclie chr̄s p̄misit spm̄ v̄i
tatꝭ: vez sensum habeāt scr̄turaz q̄s in
fideles q̄ v̄itatē fidei cōiter aduersant.
Tum ne p̄ h̄ detur infidelibꝫ occasio cre
dendi q̄ ipsi meliꝰ q̄s catholici sacrā scri
pturā nouerint explanare. Quia tñ vbi
pluralitas sensuū litteraliū occurrit: ra
ro ꝛingit q̄ vnꝰ eoz p̄m oia p̄dicta añ
cellat reliq̄s: sed potiꝰ vnꝰ eoz p̄cellit i
vno: alius i alio. Idcirco i talibꝫ videt
habere locū illud. ad Rom. xiiij. Unus
q̄sq; i suo sensu abunder: salua sp scrō̄z
reuerētia z autoritate. His igit̄ pliba
tis iam ad expositionē sanctoz euāgeli
oꝝ accedam⁹ a dominica p̄ma de ad
uentu inchoantes.

Finit tractatus Primus.

Tabula ad euā

gelia perquirenda in Anrea ro sa iuxta morem Curie.

QVicūqz euā
gelium p̄m curiā Ro
manaz currens in hoc
opusculo suo loco minime inue
nerit annotatū: a sd ubiectā ta
bulam recurrat.

Jgit̄ dñica p̄ma in aduētu euāgeliuz
curiale req̄re in dñica scōa in aduentu.
Dñica aūt scōa req̄re in dñica ttia eiuſ
dē aduentꝰ. Dñica aūt tertia req̄re in
dñica. iiij. Dñica aūt q̄rta req̄re i sab
bato q̄ttuoꝛ tēpoꝛ. In octaua aūt epi
phanie req̄re i fine libꝛi. Feria ttia p̄
me hebdomade i q̄dragesima req̄re in
scōa q̄dragesime. Dñica aūt scōa i q̄
drageſima req̄re in sabbato p̄cedenti.
Sabbato aūt post dñicaz i passiōe req̄
re i fine libꝛi. In vigilia p̄o ascēsiōis re
q̄re in sabbato añ dñicaz palmaꝝ. No
tandū est p̄o q̄ dñicaz in q̄ festū sancte
trinitatꝭ: curia appellat dñicam p̄mam
post Pentecosten: ita q̄ p̄ma dñica post
festū trinitatꝭ est scōa post Pentecostē.
Jgit̄ dñica scōa post pentecosten req̄re
euangeliū curiale in dñica scōa post fe
stū trinitatꝭ. Dñica aūt tertia post pē
tecosten: req̄rei dñica tertia post festuz
trinitatꝭ: z dñica. iiij. req̄re in. v. z. v. re
q̄re in. vj. z. vj. in. vij. z vij. in. viij. z sic
deinceps vsq; ad dñicaz. xxiij. Dñica
aūt. xxiij. post pente. req̄re in fine libꝛi

In festo aūt s. Tho. martyris req̄re
dñica. j. post octauas pasce. Euāgeliū
aūt scti Anto. de padua ordinis bri pa
tris Franciſci req̄re i festo bri p̄is Do
minici. Scōꝝ vero Ciriaci Largi et
Smaragdi req̄re i die ascēsiōis. San
cti aūt Petronij req̄re dñica. j. post octa
uas pasce. Bri p̄o p̄is Frāciſci req̄
re in festo scti Matthie. In cōi vero
apl̄oꝝ euāgeliū: Hec mando vob: req̄
re in festo Simonis z Ju. Et euange
liū: Ecce mitto: in festo Tiburtij z Va
leriani. Et euāgeliū: Ecce nos: in cōme
moratiōe bri Pauli. Et euāgeliū: De
signault: in festo bri Luce. In cōi aūt
vniꝰ martyrꝭ euāgeliū: Nolite arbitra
ri: req̄re i festo scti Valentini. Et euā
geliū: Nihil optum i festo scti Theodo
ri. Et euangeliū: Si q̄s venit ad me:
req̄re i fine libꝛi. In cōi aūt plurimo
rū martyꝝ euāgeliū: Cōfiteoꝛ: req̄re i
festo bri Matthie. Et euāgeliū: Qui
vos audit: req̄re i festo scti Felicꝭ. Et
euāgeliū: Sedente: req̄re in fine libꝛi.
Et sil̄r euāgeliū: Ue vobis. In cōi
aūt ꝓfessoꝝ euāgeliū: Vos estis: req̄re
in festo bri patris Dñici. Euangeliū
aūt: Videte: req̄re in fine libꝛi. Et si
militer euangeliū: Nolite timere. Cete
ra non mutant.

Finit Tabula.

Dominica. i. aduētus.

Incipit tractatus secūdus Auree Rose.

Dñica pma in Aduentu. Textus euāgel' Matt. xxi.

Cum appro: pinqsset iesus hierosolymis: z venisset bethfage ad montē oliueti: tunc misit duos discipl'os dicens eis. Ite in castellū qđ ptra vos est: z statim inuenietis asinā alligatā et pullū cuz ea: soluite z adducite mihi. Et si qs vobis aliqđ dixerit dicite qz dñs his op' habet: z cōfesti dimittet eos. Hoc aūt totū factū est vt adimpleret qđ dictū est p ꝓpham dicentē. Dicite filie sion. Ecce rex tu' venit tibi mānsuetus sedēs sup asinā z pullū filiū subiugalis. Euntes aūt discipli fecerūt sic p̄cepit illis iesus: z adduxerunt asinā z pullū: z iposuerūt sup eos vestimēta sua: et cū desup sedere fecerūt. Plūma aūt turba straue runt vestimenta sua in via. Alij aūt cedebāt ramos de arboribz et sternebāt in via. Turbe autē q̄ p̄cedebāt et q̄ sequebant clamabant dicētes. Osanna filio Dauid bñdict' q̄ venit in noīe dñi.

Cum appropinqsset iesus hierosolymis z venisset bethfage ꝛc. Mar. xxj. Post q̄ de q̄tuor euāgelice lectionis sensib' tractatū pmisimus: quo q̄sq; lr̄alem sensuz ab allegorico z anagogico z morali discernere possit: necnon etiā tabellā qua q̄sq; euāgelia sm curiā occurrētia in h̄ volūine p̄rat: qđ sm ordinē p̄dicatoꝝ ꝑmo/ deinū ꝓo ertā sm curiā condit: superest vt sm eosdem sensus euāgelicas lectiones exponam'. Circa lectionē ꝓo p̄sentē: z circa alias qōnes mouēdas ad tertiū tractatū refuantes: ipm tertū pmo auxiliāte deo/ tentem' aperire. Istud aūt sacrū euangeliū legit bis in anno: scz in dñica palmaꝝ sm sensum lr̄alem: z in hac sm allegoricū: vel melī' sm quandā adaptatōez z repītationē eccīe que p aduētū chīi in hier'm ad passionē repīntat et' aduentū ad hūanā naturā p incarnatōz. Queadmodū aūt pz ex dict' q̄tuoz recipit expositiones. Et circa ipm videnda sūt tria pūcta q̄ in eo tangūt. z dñr missio: executio: z pcessio. in qb' tāgūt mīra pulcra documēta spectāntia ad spūalez aduentū dñi nr̄i iesu chīi p gr̄az ad aīas nr̄as. Quātū g ad pmū p intellectu oīm dicēdoꝝ in pīnti euāgelio z in mīris sequētiū opz alt q̄ pmittere de situ z edificio ciuitat' p dicte. Sciendū est igit vt ex varijs autoribz colligit: q duo sūt in iudea mōtes z vn' eoꝝ oriētalis dr mōs oliueti. Alt' aūt occidētalis dicit mōs sion. In radice mōtis oliueti a pte oriētali est bethania: q̄ distat ab hier'm stadijs. xv. vt dr Joā. xj. siue q̄si duob' miliarib'. In decliui aūt eiusdē mōtis ab occidēte erat vna villa q̄ dicebat bethfage q̄ erat sacerdotū. Int' istos autē duos mōtes est vallis media q̄ dr vallis iosaphat: q̄ est latitudis mille passuū vel circa/ seu vnius miliarij. Per mediū isti' vallis labit torrēs cedron q̄ fluit a septētrioē in meridiē. In relīq aūt monte. i. sion sūt tres colles a seinuicē distincti vallib' intermediis. Vnus eoꝝ sup oēs excelsior ad meridiē erat: q̄ vt mihi vr ex discursu diuine scripture: marie pmi z scdi li. Machab. retinuit sibi nomē pprium tot' mōtis sion. Et in h̄ colle erat vna ps ciuitatis hier'm: q̄ dicebat ciuitas supior. Deinde ad septētrionē erat alt' collis humilior q̄ dicebat acra sm Josephū. sup quē erat alia ps citatis: q̄ dicebat ciuitas inferior. Est z tertī' coll' q̄ dicebat moria ad orientē: z iminēs valli z torrē

ti sup quē erat tēplū: de cui⁹ fabrica suo
loco dicem⁹. Omes aūt isti tres colles
erāt infra muros hierlm: ad orientē ha-
bētes torrentē cedron: ad occidentē po
erat magnū pcipitiū. Erat aūt hec ciui
tas qua adeo q circuit⁹ eius etiā ad qn
tū miliare nō attigebat: teste Josepho
q ait. Totū citaeis in giro spaciū trigi
ratrib⁹ stadijs finiebat. Octo em sta-
dia vnū miliare faciunt iuxta doctrinā
illoꝝ pſuū. Ex q̄truor granis ꝓponit di
gitus vn⁹. Est q̄ter in palmo digitus:
q̄ter in pede palm⁹. Quinq pedes pas
sum faciūt: passus q̄q centū. Viginti-
q̄nq stadiū dant: sz miliare octo da-
bunt stadia: duplarū dat tibi leucam.
Nō obstāte aūt tam quo muroꝝ ambi-
tu sup his trib⁹ muris erāt clxxiij. tur-
res pulcre: teste Josepho: absq̄ his q̄s
Herodes fecerat: que erāt mire z mi-
rabiles. Ex his seq̄t q hec citas castrū-
seu fortaliciū videbat. His ḡ visis di-
camus (Cū appropinq̄sset ꝛc.) Scien
dū est aūt q verus text⁹ habz (Cū ap-
ppinq̄ssent) in plī. s. Iesus z discipli eī⁹
Eccl'ia rē recitat in singlari: q: nō vo-
luit q repererent tot noia: maxie q: ne-
cessario bis fuisset hoc nomē Iesus repe
tirū: fm q sī ibi duo ꝓba: vnū plis nu-
meri: z alib⁹ singlaris. s. appropinq̄ssent
et misit: (cū ḡ Iesus appropinq̄sset hie
rosolymis). i. distaret circa q miliare.
Est aūt sciēdū: q vt ex varijs auctorib⁹
z locis scripture colligit: licz hec ciuitas
olim mlta habuerit noia: tñ ḡtū ad p̄
sens q̄tinet dicta est ꝓmo salē: a sem fi-
lio noe: q eandē edificauit: z ꝓmus reḡ
uit in ea. Hec est ꝫ hoc q sup eā dixim⁹
edificasse melchisedech: q: fm hebreos
z fm sctm Tho. Heb. vij. idē fuit sem:
q z melchisedech. Deinde dicta est hie
bus/a q̄dam q hieb⁹ dicebat: z eā dila
uit. vel a hiebuseis habitatorib⁹ eī⁹.
Ex hieb⁹ aūt et salē q cōpositionē dicta
est tertio hierlm. Quarto ꝓ a salomo
ne q eam cinxit triplici muro: dicta est
Hierosolyma q̄si hierosalomonia. Et
q̄nto a poetis p corruptionē dicta est so
lyma. Sequit: (et venisset bethfage.)
Bethfage erat fm Hiero. q̄dam villa
sacerdotū: q licz nō habuerit hereditā-
tem seu agros ad colendū: tñ habuerūt
domos ad habitādū: ad q̄s declinabāt
pacto officio suo in tēplo: z etiā ad aīa-
lia p sacrificijs nutrieda. Vñ fm Ori-
gen. inter ptat dom⁹ martillaꝝ: q: martil
la ꝓpria ps erat sacerdotū: vt idem ait.
Sequit (ad montē oliueti) b mōs sic
dict⁹ est: q: sit oliuis constitus. Hz etiā
palmas. q: vt dz Joā. xij. hec turba de
qua in p̄senti euāgelio legit: q cedebat
ramos de arboribus: habuit in manibus
ramos palmaꝝ. Dicebat aūt etiā mōs
trū luminū: q: hēbat ab occidēte lumē
ignis lucētis in tēplo: z ab oriēte lumē
solis: q ex b mōte oriebat ciuitati ex ad
uerso posite: z ex se ꝓducebat oleū vn-
de nutrit lmmen. Ex hac aūt pte venit
dñs Iesus ad citatē. Prio: q: ibi hēbat
mlt⁹ familiares. s. in illo mōte. Scō
q: inde ex eodē post passionez ascēsurus
erat in celū: vt oñderet q via cōscendē-
di ad celū chr̄o fuit passio: nob aūt hūi-
lis patia. Tertio mystice fm Amb. vt
nouellas oliuas in sublimi ꝓtute plāta
ret. i. se plāraturū oñderet. Et ꝫ nouas
oliuas intelligit gētes nouit cōuersas.
Inde aūt misit discipl⁹ duos. Prio p
pter fraternā societatē. Scō ppt ꝓbi
auctoritatē. Tertio fm Bedā z Victo
rinū: vt ꝑcet p̄dicatores debere hīe sciē
tiā z mūdiciā. Vel in signū q apli erāt
soluturi duos ꝓplos: vt dicet. Et iō seq̄
tur (rūc misit duos de discipl⁹) Qui
fuerint hi duo discipli/ certū nō habet
Dicit rū Chrys. z mgr historia q cre
dunt fuisse Petrus z Philippus: z in-
telligē de Philippo apl'o fm s. Thom.
Iste em fuit q p̄dicauit samarie Act.
viij. Innuit etiā Chrys. z Mgr q iste
Philippus sit aplus: ex hoc q eū appel
lant Philippū simplr/ nihil limitādo.
Et lz i. liij. dt. ij. q. ij. ar. iiij. ad ꝓmū. di-
cat q fuit vn⁹ ex septē diaconib⁹: tñ ibi
loquit sctus Tho. fm opinionē quā ibi
recitat. vt pz intuēti. Hoc aūt vt dicūt
Chrys. z Mgr fuit in signū q isti pri
mo adducerēt gētes ad chr̄m. Petrus
q̄dem Cornelīū cū sua domo: Philip-
pus ꝓ Samariā. Sequit (Jte in ca-

stellū).i.in Hierm:q̄ dicta est castellū eo q̄ esset sicut vnū fortaliciū. Castellū em̄ aliq̄n iportat fortaliciū. Vñ dicūt eccl̄ie incastellare.i fortificare ac munire ꝓtra hostes. Vel ſm aliq̄s hec ciras ꝺr castellū despectiue ꝓpter suas iniq̄tates. (Nō ꝓtra vos est) Nota cōtra nō solū ſm situ localē: q̄ isti erant sup vno monte a ꝓte orientis: t ciuitas sup alio ex opposita parte occidētis: sed etiā ſm voluntatis affectū: q̄ isti erāt chr̄i discipuli: illi ꝙo inimici. (Et inuenieris asinam alligatā.) Hec asina erat paupex vt ꝺr Raba. t q̄ ea vtebat eā pascebat. (Et pullū cū ea) hic pull⁹ erat fili⁹ el⁹: t sup eū adhuc null⁹ sederat. vt ꝺr Luc. xix. (Soluite et adducite mihi. et si q̄s vob aliq̄d dixerit: dicite q: dñs his op⁹ habet) ſm Chrys. sup Matth. nō dixit dominu⁹ noster/vel dñs tuus: sed domin⁹ simpl̄r: vt intelligat chr̄s esse dominus oim (Et ꝓtinus dimittet eos) Scōm Chrys. intelligit: quia chr̄s dimitteret iumēta ad loca sua pacto ope. ſm glosam vero intelligit de dño iumēto rum: qui ea stantim dimissur⁹ erat in obsequiū chr̄i. Sed si asina erat paupex: quō habere poterat dñm: Ad hoc dicitur q̄ habebat dñm custodientē: sed nō possidentē. Vñ Luc. xix. ca. dicit: q̄ dixerūt dñi.i. custodes: q̄d soluitis pullū: Seruabat aūt vt Petrus de scala ꝺr: vt fuiret paupib⁹ in deferēda aqua: de q̄bi erat penuria. Est autē notandū: q̄ ſm mgr̄m histo. in hac die: scz palmar: t in hoc itinere chr̄s arbor maledixit. Nam ſm Mar. ista maledictio narrat ante electionē vendentiū de templo: quā constat exercitatā fuisse in die oliuarū. Q̄, ꝙo alia die ista maledictio ꝺr facta ſm Mat. t Mar. intelligit q̄ recapitulationē dictū ſm eundē Magr̄m histo.

• Sec̄k. (Hoc aūt totū factū est vt implerek q̄d dictū est q̄ ꝓpham. i. q̄ Zacharią. ix. ca. dicentē. Est autē sciendū q̄ ꝓphera videt malitiā iudeor: q̄ chr̄o cōtradicturi erāt vt inexcusabiles essent/ dedit eis duo signa aduēt⁹ eius in hierusalem. Primū q̄ ascēderet sup asinā. Scōm q̄ cū iubilo ꝓplor intrarent t exaltatōe. Et vtrūq̄ in pñti euāgelio narrat ipleri. (Dicite filie sion) .i. hierm q̄ ſm Rabanū erat sita in monte sion. t hac rōne dicit eius filia. Vel ſm aliq̄s hic siō nō stat ꝓ mōte: sed ꝓ colle: in quo erat supior ciuitas: cui⁹ inferior dicebat filia: eo q̄ ab illa ꝓte ꝓtegerek: cū ille mons esset sicut fortaliciuz. (Ecce rex tuus venit tibi) Chrys. Si intellexeris vt saluet te. si nō intellexeris venit ꝓtra te. Hec ille. (Mansuetus) vt scz plus amek q̄ timeak. ſm Chrys. Et loco ei⁹ q̄ hic ꝺr māsuetus/ ꝓpha hz iust⁹: t saluator t paup: q̄ sūt insignia regis nr̄i scz iusticia: pietas: t paupras. dāris nobis exēplū pauptatis t tēperātie: vt scz necessarijs simus cōtenti. Vñ subdit. (Sedens sup asinā t pullū filiū subiugalis) nō sup equū frementē litis ac discordie amatorē: sed sup asinam pacis t tranq̄llitatis amicā: ſm Chrys. Et ſm magr̄m histo. asina latine: grece subiugalis dicit. Nō q̄ illa asina dicebat subiugalis q̄si esset sub iugo onerū posita: sed vocabulū grecū est: t asinaz ꝓcat. vt sit idē fil⁹ subiugalis q̄ fil⁹ asine. Est tamē norandū q̄ brūs Marc⁹ allegās istā ꝓphetiā in nōnullis ꝓbis dissonat a textu: sed tamē est eadē sentētia oīno: t ꝓ alia ꝓba alit̄ tulū explanata. Et de hoc nō est curandū. q̄a ſm Hilariū nō ſmoni res: sed rei ſmo subiect⁹ est. Est aūt hic triplex dubitatio. Prima: quia Zacharias ꝺr sedēs sup pullū/nihil dicens de asina: sic allegat Matthe⁹. Et mgr̄ q̄dē histo. ꝺr q̄ ita est. scz Matthe⁹ addidit asinā ꝓpter mysteriū. de q̄ infra dicek. sed nō est rōni ꝙsentaneū q̄ ꝓpter aliq̄d mysteriū fecanduz falsa allegaueri rit scr̄ptrā. ideo q̄ nō dicit mgr̄ (vt credo) simpl̄r ita esse: sed iuxta septuaginta interptes ſm q̄s de pullo tm̄ fit mentio. Vñ Augu. de ꝙsensu euāgeli. ꝺr q̄ Matthe⁹ scripserit hebraice: ō adduxit ꝓphiam vt iacet i hebraico: vbi de vtro q̄ animali fit mētio. Septuaginta ꝙo interptes nō transtulerūt nisi de pullo inspirati: vt dicit eo spiritu quo fuerat scripta dictata: quod ex ipa mirabili q̄ p̄dicak cōsensione firmatū est. Sed ad

uerte q ea ꝙ Augu. ꝺt ſunt optie dicta
z vera:excepto eo qꝺ dicit de ꝓſenſione
interptū: quā Hiero.rōnabiliter repro
bat in ꝓlogo ſup pentatheu. ꝙuis nec
ipe Auguſtin⁹ eam affirmet: ſed dic q
ꝓdicak.i. dicik et affirmak. Quidaz em
dicūt :q exiſtētes in ſeptuaginta cellu
lis oēs ſeparatim eodē modo tranſtule
runt:ſed eſt fictio.qz vt allegat Hiero
nymus/Joſephus dicit eos in vna ba
ſilica fuiſſe.Et erant vt qbuſdā placet/
ſeptuagiraduo:vtz ſex ex ql̄ibet tribu:
licz coiter dicank ſeptuaginta ꝓpter de
narioz integritatē. Siue ꝙ ſpūſctō in
ſpirari/ ſiue non : aliter tranſtulerūt ꝙ
habeak in hebraico. Scōa dubitatio
eſt:quō eſt probabile q in vno miliario
duo iumēta chr̄is aſcenderit: Rūdek q
vt ꝺt Remigi⁹ potuit ſup vtrūq; aīal
ſucceſſiue ſedere. Et cōmunit fm expo
ſitoꝛes de facto ita fuit.qz primo ſedit
ſup pullū fm Nicol.de Ly.in ſignū q
ꝓplis gētilis quē hcabat: ſubijceret chr̄o
per fidē ꝓpus ꝙ iudaic⁹. Hoc aūt nō eſt
ſic intelligendū/quaſi totus vel maioꝛ
pars ꝓpli gētilis crediderit plus ꝙ iu
daici : ſed quia ille ꝓplus q ſubiect⁹ eſt
chr̄o ꝓmū/ pro maioꝛi pte fuit ex genti
libus:z quia capita gentiliū.i.roma et
ceſares crediderūt : non aūt hierm fm et
ꝓncipes iudeoꝛ : niſi forte poſt ꝙ ex ea
iudei expulſi ſunt p Titū. Sz qz vt ꝺt
Hiero.pull⁹ erat laſciu⁹ et frenoꝛ im
patiēs.z iurta Lucā erat indomitus: z
ꝓpter oñdebat aliquā inſolentiā:ī de
ſcēdens de pullo dñs aſcēdit aſinā. Sz
btūs Hieroñ.ſic dicit. Sed videk q ſu
per vtrūq; aīal in parvo itineris ſpacio
dñs ſedere nequerit. Ergo cum hiſto
ria aut impoſſibilitatē habeat:aut tur
pitudinē/ad altioꝛa tranſmittimur:ꝙſi
ad myſticū ſenſum. Hec ille. Et intren
dit q dñs ſup vtrūq; ſedit : ad hcanduz
id quod ſtatim dicā. Et ſiqdem ſolū ad
ſignificandū feciſſet : ſequēs allegoria
eſſet ſenſus litteralis. Tertia dubi
tatio eſt qre euāgeliſte ita diſſonāt: qa
de aſina ſol⁹ Matthe⁹ facit mentionē.
Et reſpōdet Augu.de cōſenſu euāgel.
q nulla eſt repugnātia ſi ſup vtrūq; ſe
dit q dicak ſup altero eoꝛ ſediſſe. Ideo
aūt fm eum z Chryſ. Lucas: Marc⁹:
z Joānes tacēt de aſina:qz tacek in trā
ſlatione ſeptuaginta interptū: fm quaz
loquebank. Matthеus ꝓo cōmemoꝛat
aſinā:qz hebraice ſcripſit. Eſt etiā alia
cauſa fm Raba.quia ſcz iſta aſina hcat
ſynagogā:cui Matthe⁹ euāgeliū ſcrip
ſit: eo q ſcz hebreis ſcripſit. Et idē vt
credo intēdit magiſter hiſtoriaz. Al
legoꝛice aūt ſciendū eſt: q in allegoꝛijs
z anagogijs non oꝛtet ſimilē ꝙtum ad
oīa velle perqrere.vt ptz de ſe in mul
tis. Vide de hoc dñica decima poſt fe
ſtuz trinitatz. Sciendū etiā q vira glo
rioſa quā chr̄s poſt reſurrectionē habu
it eſt mons oliueti.i.miſcōie:in quo eſt
bethfage.i.domus ſacerdotū ſeu brōz
qui dicunk ſacerdotes Apoc.j. Feciſti
nos deo nr̄o regnū et ſacerdotes. Sed
duo diſcipli miſſi fm Remigiū ſc due
pres diſcipulorz chriſti q diuiſerunt ſe
vt qdam in gentilb: qdam in circūciſio
ne/ ſeu in iudea euāgelizarēt. Caſtellū
iſtud fm Hiero.eſt mūdus cōtra apo
ſtolos exiſtēs:eo q iugū doctrinaz nol
let ſuſcipe. Et ſi r fm eūdē aſina domi
ra eſt ſynagoga hebreoz que iugū diui
ne legis trahebat: ſed pullus indomit⁹
eſt ꝓplis gētilis q legē nō accepat a deo.
Aſſimilank aūt fm Chryſ. hoies ante
aduentū chr̄i iſtis iumētis que ſunt im
munda:rudia:ſtulta:z infirma z alliga
ta. Fuerūt em tunc hoies immūdi con
ſcientia:rudes intelligētia diuinoz: ſtul
ti veſania idoloz:infirmi in bono ope
re:ligati ſub diabolica poteſtate. Dñs
ergo de mōte oliueti miſit ad ſoluendū
aſinā a diabolica prāte: z adducēdā ad
ſe:qñ poſt reſurrectōz dixit Mar.xvj.
Euntes in mundū vniuerſum p̄dicate
euāgeliū oī creature.i.gentib⁹ z iude
is. Hora tñ q fm Hilariū per aſinā et
pullū ertā duos gentiles popꝰos poſſu
mus itelligere.i.per aſinā ſamaritas:q
alīq modo fuiebant ſub lege moyſi:qs
philipp⁹ ſoluit:ꝙ pullū ꝓo reliqs genti
les:qs petr⁹ ſoluit in cornelio: qui fuit
ꝓmitie gentiū aliq modo. Anagogice
ꝓo ſciēdū ē q hiericho a q veniebat chr̄s

interp̃tat luna: z ꝓcat pñtē vitā istabilē
tāq̄ luna. Hierlm ꝯo dī visio pacis: z si
gnificat futurā btāz vitā: i q̄ videt de⁹
Ipse q̄ppe ē pax nr̄a: ad Eph.ij. Jesus
ꝯo interp̃tat saluator: z ꝓcat eū q̄ se z ali
os vellet fieri saluos. Jstū volentē a hie
rico ire i hierlm: optz trāsire p mōtē oli
ueti. i. venire ad meditatōez ō miscōia.
Et q̄ mōte dz mittere duos discipulos
.i. vt Hiero. ōr: sciam z opa. Optz em̄
q̄ ad miscōiaz dei hīe sciaz. i. credulita
tē: q̄ p illā solā saluet. vñ Aug. ō senten
tijs p̄speri. Ad celestē hierlm cōsortiū ñ
ascēdit nisi q̄ toto corde cōfitet nō ꝓpij
opis sz diuini muner̄ eē q̄ ascēdit. hec
ille. Quo ad miscōiaz suā ꝓpriā optz q̄
habeat opa pietat̄ exhibita ꝓxio saltē i
volūtate. vñ Matt. xxv. illi q̄ nō fecer̄t
elynam i die iudicij adiudicabunt eterno
supplicio. Jsti duo discipli adducūt asi
nā z pullū. i. spem z ꝛmorē. Opa q̄daz
em̄ adducūt spem: qz vt ōt magr̄ sen. et
s. Tho. ij. di. xxvj. spes ex gra ōi z me
rit̄ puenit. Et spes q̄ icitat ꝓcat velocē
pullū. Scia ꝯo adducē timorē retardan
tē. Et his duob⁹ iumēt̄ania secure ve
hit: nō āt sola spe aut solo timore. Do
ralit āt sciēdū ē q̄ hierlz ē aia: asina ꝯo
onerifera z stolida ē caro. pulle⁹ ꝯo car
nal affect⁹. Et vtrūq̄ a diabolo p petrm
ligat vt fulat petrō. vñ dicit Chrys sup
Mar. Añq̄ peccem⁹ libet hēm⁹ arbi
triū seq̄ volūtatē diaboli an nō q̄ si sel
peccātes obligauerim⁹ nos opib⁹ el⁹: tā
nr̄a ꝓture euadere ñ possū⁹: sz sic nauis
fracto gubnaculo illuc ducit vbi tempe
stas voluerit: sic z hō dine gre auxilio p
dito p petrm ñ q̄ vult agit: sz q̄ diabo
l⁹ vult. z nisi dns valida manu misericor
sue soluerit eū: vsq̄ ad mortē i petrōz su
oz vicul⁹ pmaebit. hec ille. Hanc asinā
chris p duos discipulos. i. duos mor⁹ solu
it z adducē ad se añq̄ velit ire aiaz.
nā amor ipetrat venīā z trahit Lu. vij.
Dimissa sit ei petā mlta: qm̄ dilexit mlt
tū. Per tiorez āt soluit. Timor em̄ dñi
expellit petrm: Sap. j. Dz ḡ aia assidue
orare deū vt soluat suus mal⁹ affect⁹ et
trahat ad deū. Aug. i ome. Nōdū tra
herz: ora vt trahar̄. hec ille. Dz et ñ cal
citrare q̄n deus soluit p mortis ꝑdictos
Verbi gra: qñ imittit tibi timorē mor
tis z gehēne vult soluere. noli ḡ resiste
re diuie mortōi calcitrādo. Significāt
aūt i ꝑdict̄ mlta alia allegorice z ana
gogice z moraliter: sed hec pauca exꝑssi vt
q̄sq̄ p se ipm discat excogitare istos sen
sus spūales q̄s oēs si vellē exꝑmere nr̄a
expositio nō cēret protractū vt intēdo. Et
hec ō ꝑmo. Scōm pūctū euangelij ē q̄
discipli executi sūt imptū chīi: cū dī(eū
tes aūt discipli fecer̄t sic ꝓcepit illis ie
sus z adduxerūt asinā z pullū: z iposu
erūt sup eos vestimenta sua: z eū desup
sedere fecerūt) Et q̄dez liter̄ ista ꝑs ex
dict̄ z ex se pz. Allegorice ꝯo patz ex
dictis. vñ apli ipleuerūt imptū chīi. qñ
disp̄si ad ꝑdicādū mōz ꝓuerter̄t ad fidē
vñ mar. vbi s. Ar illi ꝓfecti ꝑdicauer̄t
vbiq̄ tē. Vestes apl̄ice quib⁹ ornarūt
iumēta vt chīs ōsup sederet: sūt ipa apli
ca doctrina: quā apli z doctores tradide
rūt: ꝙ Hiero. Possum⁹ etiā dicere q̄ sūt
ꝓtutes scte: marie charitas. chīs ei dū
plicit regt in alīq̄. vno mō p fidē solā: q̄
regnat i toto regno eccl̄ie militāt̄: i q̄ sūt
et mali. Alio mō p graz. Ad ꝑmū rect̄
rit fides seu apl̄ica doctrina. ad scōz ꝯo
charitas z ꝓtutes. Anagogice āt sciē
dū ē q̄ hō a hierico i celestē hierlz ꝓscē
dēs p opa mie q̄b⁹ ꝓxio fuisset: z p hūili
tatē q̄ se totū ō subiēē: spādo i ei⁹ mīa:
sic ornat̄ vestib⁹ apl̄icis. i. gra quā ꝓsect̄
p sacra eccl̄ie ab apl̄is vel eoz successō
rib⁹ dispēsata z ꝓtutib⁹ seu gtijs sacra
mētalib⁹ q̄ i ipo suo transitu chīs adest
saltē i effectu z mltitudo sctōz: z ita sē
cur⁹ z cū gl̄ia trāsit: chīo toralr̄ p amo
rē i el⁹ corō sedēte. Moralr̄ sciēdū ē q̄
i iustificatōe ipij ifūdūt oēs ꝓtutes. vi
de s. Tho. j. ij. q. lxiij. z q. lxv. Jō post q̄
caro z carnal affect⁹ ad deū p ꝓuersio
nē adducit: ornat̄ volūtas z alij apperti
t⁹ vestib⁹ ꝓtutū: z tūc chīs intrat i hierlz
.i. i aiaz: z ꝓfert ei mariaz iubilatiōez:
vt dicit. Tertiū pūctū euangelij est q̄
chīs citatē hierlz cū magna gl̄ia z leticia
intrauit amicoz suoz. Od ꝓphauerat za
charias vbi s. dicēs. Exulta. i. exultab
filia sion. Liter̄ ḡ circa h sciēdū ē q̄ sic
ꝓtz p sctm Matthēū chīstū multa tur
ba sequebat: sic etiā dic brūs Joan. cō

xñ.m'rī q̄ erāt ī hier'lm audiētes q̄ Ie/sus aduenīret exierunt obuiā ei:maxie q; audiuerāt ō suscitratōe Lazari. et sic chr̄s remānsit ī medio turbax:ita q̄ aliq̄ p̄cedebant:aliq̄ seq̄bant. Et iste turbe tres honozes fecerūt chr̄o. P̄mo ei stra uerūt vestes suas ī via. Scō strauerī viridēs ramos. Tertio magnis vocib⁹ publice eū laudabant:tenentes ramos palmax ī manib⁹:vt ōt brūs Joannes. Dr̄ ḡ(plurima āt turba strauerūt vesti mēta sua ī via. Alij aūt cedebāt rames de arboz⁹ib⁹ z sternebāt ī via. Turbe āt q̄ p̄cedebāt z q̄ seq̄bant clamabāt dicē/tes osanna filio dauid) Osanna fz ma gistrū hīsto. z Hieronymū z Remig. ē dictio tota hebraica nō simplex fz cōpo sita ex duab⁹ dictiōib⁹. Quax vna nō ē integra manens:fz p̄dit vocalē i. z ob h̄ dr̄ cōponi ex corrupto z integro. Cōpo/nit em̄ ex osi:qđ latine dr̄ salua:et anna qđ est interiectio optātis. Inde osanna.i. salua obsecro. Quia em̄ illā interiectio nē nō habem⁹:loco eius ponim⁹ p̄bū h̄ fz obsecro.vt dic̄ mgr̄ hīsto. Quod p̄o subdit:filio Dauid. p̄t esse q̄ li filio sit vna dictio vel due:vt mgr̄ hīsto. dicit. P̄mo mō sic legak. Clamabāt filio Da uid.i.ad filiū Dauid: osanna. Vel sic. Osanna filio Dauid.i.p filiū Dauid: ita q̄ li filio sit ablatiui casus: vt vult Hugo cardina. Et isto mō petitio quā ī por:rat ly osanna:dirigit ad deū. Sz se cundo mō sic. Clamabāt: o fili Dauid osanna. Est aūt notādū q̄ vt elicitur Matt.xxj.q: iudei expectabāt Messiā chr̄m ex genere Dauid:apō eos vs⁹ sic inualuerat:vt chr̄m appellarēt filiū da uid. Vñ dicere Osanna fili Dauid.est dicere:salua chr̄e. Et in h̄ fm Hierony mū signi ficabāt q̄ aduent⁹ chr̄i sal⁹ sit mdi(Bñdict⁹).i. gl'iosus sit. (q̄ venit) id ē q̄ icarnat⁹ ē.(in noīe).i. ad honorē. (dñi).i.dei patr̄:quē glorificauit. Sic aūt elicit a scō Tho. Ro.xxj. bñdicere triplicit sumit.i.enūciatiue:z est idē qđ laudare.z impatiue:z ē idem qđ p̄ferre aliq̄ bonū.z optatiue:z est optare bo/nū. Et p̄mū ac tertiū cōuenit oib⁹ z re/spectu oīm etiā dei quē laudam⁹ et cui optam⁹ bonū:puta q̄ glorificet ī mōo: et cui cōgaudem⁹ in bonis que habet. Sz scōm quenit deo soli p autoritatez. ministrz aūt ei⁹ p misterū. Isti igit benedicebant chr̄isto p̄mo z tertio modo.

Allegorice aūt sciendū est:q̄ postq̄ chr̄s ascēdit p fidē asinam z pullū:illi q̄ erāt ī societate chr̄i ceperūt sternere ve stes ī via:fm Hiero.pedib⁹ asine ne ali cubi offendat ī lapidē:ne calcet spinam nec labak in foueā. Hec ille. Per qđ si/gnificak q̄ de⁹ alit hz puidentiā de bo/nis:z aliter ō malis. Vide setm Tho. de veri.q.v.ar.viij. Tūc etiā cepit pu/blice laudari de⁹ in chr̄o.qz añ gentiuz quersionē notus ī iudea de⁹.vt ōt Ps. sed post repleta est terra scientia dñi sic aque maris opient. Esa.xj. Et fm Re migiū. vestimēta ī via.i.sua cor:pa stra/uerūt martyres. Et ramos p̄scindūt ō arboz⁹ib⁹ qui exempla accipiūt a doctri/na z vita sanctor:fm eundem.

Anagogice aūt sciēdū ē:q̄ hic signifi cak socieras quā faciūt boni angeli aie trāseunti ab Jericho ī hier'lm.z leticia sctōr ī salute elector. Tota ei ciuitas celestis mouek in iubilatiōe magna.

Moraliter aūt sciēdū ē q̄ postq̄ aīa fuerit a pctō soluta z ornata virtutib⁹ z in sua volūtate ceperit esse chr̄s:tūc to/ta ciuitas hierusalē letak spirituali leti cia.id est tota aīa iocundak. Dulce est em̄ seruire deo. Unde Hiere.ij. Scito z vide q̄ malū ē tibi z amarū reliquisse te dñm. Augu. de sen.p̄spe. Arta ē via que ducit ad vitā:z tñ p ipsam nisi dila tato corde nō currit:qz iter virtutū quo paupes chr̄i gradiunt:amplū ē fideliuz spei:z si artū infidelīū vanitati. Hec ille. Vñ Matth.xj. Jugū meum suaue est z onus meum leue.

Textus euāgelij Luce xxi.

Erunt signa in sole et luna z stellis:z in ter ris p̄ssura gentium p̄e cōfusiōe sonit⁹ marz z fluctuū: arescētib⁹ hoib⁹ p timore z expe ctatiōe q̄ supuenīēt vniuerso oz bi. Nā ṕtutes celox mouebunt

Dominica.ii.aduentus

Et tūc vidēbūt filiū hois veniētē in nube cū ptāte magna ⁊ maiestate. His aūt fieri incipiētibus respicite et leuate capita vra: qm appropinqt redēptio vestra. Et dixit illis sītitudinē. Videte ficulneā ⁊ oēs arbores cū pducūt iā ex se fructū: scitis qm ppe ē estas. Ita ⁊ vos cū videritis hec fieri: scitote qm ppe ē regnū dei. Amē dico vobis: qa non pteribit gnatio hec donec oia fiant. Celū ⁊ tra transibūt: ꝟba aūt mea non transibunt.

Dñica scōa in aduētu dñi.

AVBUNT signa in sole. Lu. xxi. Dns ac redēptor noster pararos nos inuenire desiderans: senescentē mundū q mala sequant denūciat: vt nos ab eius amore cōpescat. Appropinquāte ei⁹ termino q̄re psecutōes ꝓuenīāt inoresc̄it. vt si deū meruere in tranq̄llitate nolumus: vicinū ei⁹ iudiciū: vl̄ pcussiōib⁹ attriti timeam⁹. hec Greg. i hom. Vñ in pñti euāg. qō totū est de iudicio gnali: tria facit chr̄s. Prio em pdicit q̄dā terribilia. Scōo reddit cām taliū. Tertio cōsolat corda elector. Quātū ad pmū sciēdū est q pñs euāgeliū nō pt exponi allegorice: qr oia q̄ in eo tradūt l̄raliter ptinēt ad credēda i noua lege. Quāuis aūt aliqn ea q̄ tradūt l̄ralit ptinētia ad sensus allegoricū possint exponi anagogice: tn̄ nō est sp̄ nec necē nec aliqn possibile. vt ꝟ esse in ꝓposito. Ll̄aliter g̃ ⁊ moraliter: vel l̄raliter tm̄ exponam⁹ pñs euāgeliū. Dr̄ g̃ (Erūt sig̃) Vbi aduertēdū est: q sig̃ pcedēt futurū iudiciū. Prio sm Chr̄y. vt oñdat tūc dns ppt quē facta sit corporea intire. s. hō vel gen⁹ humanū. Scōo sm Greg. qr iuste nos oia feriūr. vt q̄r pus in mūdo habuim⁹ gaudia: tot postmodū sentiam⁹ tormenta. Hec ille. Tertio vt oñdat ds offensus sic offenso dño turbat familia. Et q̄rto sm doctrinā. s. Tho. liij. di. xlviij. aduētū dñi ad iudiciū aliq̄ sig̃ pcedēt. qr hoc facit ad auctez quā tactus iudex hie dr: vt p talia indicia disponāt hoies ad se et subiectēdū. Vñ ⁊ ppt̄ h̄ in forma gl̄iosa iudicabit. Nec tn̄ ꝟ h̄ est illud apl̄i. j. Thes. v. Cū dixerit pax ⁊ securitas: tūc repentin⁹ veniet interit⁹. Verbū ei apl̄i sm Aug. ad eschi. itelligit de psecutoribus sctor: nā tūc boni arescēt p timore: vt dr h̄. Vel pōt dici q post mortē antichr̄i ⁊ añ initiū signor ipius ñ vidētes cōsumari mūdū: vt timebāt ⁊ credebāt dicent: pax est ⁊ securitas. ⁊ tūc stati incipiēt signa terrere. Et qr totū tps qō sequit initiū sig̃ dr dies iudicij ꝓtinere. iō dr interit⁹ repēte venire: qr illa signa repēte venient. Et isto etiā modo itelligit q venient illa dies vt fur. s. q̄ ad initiū sig̃: ⁊ etiā q̄tū ad ipam diē quā illa signa non manifestabūt determinate. Hec oia. s. Tho. qb⁹ addit sm Joa. dor. q in ꝓmo aduētu chr̄s venit occult⁹: q̄uis tps eēt p scripturā determinatū: sed in scōo veniet manifest⁹ ⁊ tps erit incertū. iō ꝓmū aduentū nō ꝓcesserūt sig̃ sic ꝓcedent scōm. Que aūt sint ista sig̃ / nō est certū sm s. Tho. Brūs q̄dē Hieron. dr se in annalib⁹ hebreor. vt etiā testat mgr hist. reppisse. xv. signa q̄ dieb⁹ xv. precedēt iudiciū. Utr ꝟo illi dies erūt cōtinui vel interpolati nō est certū. Prīa die eriget se mare cubitis. xl. sup altitudinē montiū: stans tn̄ in loco suo q̄si murus. Scōa ꝟo tantū descēdet vt vix possit videri. Tertia aūt oēs marine belue sup aquā maris apparētes dabūt mugit⁹ vsq ad celū. Quarta ardebit mare ⁊ omēs aque. Quinta herbe ⁊ arbores dabunt rorē sanguineū. Sexta ruēnt oia edificia. Septima petre ad invicē collidēnt. Octaua fiet gnalis fremor⁹. Nona eq̄bit terra. Decia exibūt hoies de cauernis ⁊ ibūt velut amētes: ⁊ nō poterūt mutuo loq̄. Undecia surgent mortuor ossa ⁊ stabunt sup sepulcris. Duodecia cadēt stelle ō celo. Tertiadecia morient hoies viuētes vt cum mortuis r̄surgāt. Quartadecia arōbus

celū.i.aer ⁊ tra. Quintadecima oēs re
surgēt:⁊ fiet celū nouū: tra noua. Ista
tñ signa vt ōr s.Tho.Hieroñ.nō asse-
rit:nec videt multū:sed parū ꝓbabilia.
Silr etiā sīg q videt dñs i euāgelio da
re.sm Augūst. ad Elichiū. forte nō pti
nent ad die illā: nisi dicat ꝙ tūc ista sīg
erūt matora ꝙ ante. Qō sm quā mēsu
ram fiat incertū est. Scdm (in sole) qz
s.obscurabit vt dicet. Sz qre potī non
fiet in eo tale signū vt ster sic tpe iosue.
eiusdē.x.vel retrocedat:sic tpe ezechie.
Esa.xxxviij: Ad h ōr dñs petr ō scala
ꝙ fiet vt culpe.i.pctō qō est tenebra/re
spōdeat pena.vñ obscurat fuit ꝓ pctō
egyptioꝝ. Exo.x.⁊ ꝓ pctō iudeoꝝ in pas
sione dñi:⁊ tūc obscurabit ꝓ pctō oim.
Ista aūt obscuratio aliqñ dicit erube-
scentia. Esa.xxiij. Erubescet sol .aliqñ
obtenebratio. Joel.ij. Sol cōuertet in
tenebras. Apoc.vj. Aliqñ denigratio.
Sol fact est niger q̄si saccus cilicinus
Hec ex illo. (⁊ luna ⁊ stellis) .i.in pul-
crioꝝ ⁊ euidētioꝝ ptē mūdi: sic homis
turbatio ꝑmo apparet in facie. Licet em
ōs in se sp sit q̄etus.tñ tūc oñdet se tur-
barū qñ voluerit exercere vindictā ⁊ face-
re effectū irati. Est aūt sciēdū ꝙ in tpo
chri aduētu: chro venīēte:⁊ resurgētib⁹
sctis sm sctm Tho.vbi s. fient q̄dā mi
rabilia in celestib⁹ corporib⁹ et in alys.
Nā totus mūdus ponet in q̄dam statu
incorruptiōis:qz corrūpent oia mixta.
vt animalia:plante:⁊ mineralia.⁊ nunq̄
de cetero erit gnatio aut corruptio:qa
cessabit causa oīs motus.s.motus celi.
qz firmabit celū sole existēte in oriēte:⁊
luna plena in occidēte in q̄b⁹ locis sunt
creata:⁊ ꝙsequent in eisdē ꝙplent circu
lationes suas que nō debent incōplere
manere. Deinde remanebūt tenebre so
lum apud infernū.vnde ps inferioꝝ ter
re nobilitabit per rōnales spūs alliga-
tos. Exterioꝝ ꝓo erit peruia vt vitrū.
nō vt crystallū.aer vt celū. Ignis luce-
bit vt lūinaria celi. Et ipa lūinaria celi
mlto magis lucebūt q̄ modo Esa.xxx.
Erit lux lune sic lux solis. ⁊ lux solis sep
tēplicit sic lux septē dieꝝ:ita ꝙ lux vni
us diei tūc erit tāta sic modo lux septez
dieꝝ si sit pōderet. In die q̄ alligauerit
dñs vuln⁹ ꝑpli sui.i.in die resurrectiōis
qñ sanabimur:q̄ ad corpus remotis pe
nalitatib⁹: sic mō sum⁹ sanati q̄ ad aiaz
ꝑ sacramēta. Et sic ps ꝙ tot⁹ mūdus in
nouabit. Oia ꝓdicta et ratio ꝓdictoꝝ
ex scrō Tho.vbi s.patet. Sed ista fort
te ꝑtie nō possūt dici sīg futuri iudicij
quia sit cū aduentu fient iudicis. Que
aūt sint ista signa de quib⁹ loquit euan
geliū:dicit Matt.xxiij. Nam sol inqt
obscurabit.⁊ luna non dabit lumē suū:
⁊ stelle cadent de celo. Erit tñ ꝓter hec
vnū signū in istis cōmune toti corpi ce
li.i.oib⁹ spheris ⁊ stellis: qz scz cū oīa
nunc moueant ꝓter celū empyreū:tunc
oia moueri cessabūt sm doctrinā fidei
⁊ scrōꝝ.vt ptz.xiij.tract.cap.vlt. Fient
aūt ⁊ mlta alia in celo que nō dicunt si
gna:qz non ꝓcedent iudicē saltē diu: vt
inouatio:⁊ nubes:⁊ hmōi. Ista ꝙo ob-
scuratio sol ⁊ lune dupliciter accipit. Uno
modo sm ꝙ Eyse.Ebry.⁊ Hieroñ.di-
cunt:qz tanta erit claritas chri:ꝙ lūina
ria celi eo ꝓsente nō videbunt: quāuis
erūt lucida tunc plus q̄ modo. sic nec q̄
mō vident stelle orto sole. Non est aut
intelligendū ꝙ isti scti velint negare q̄n
ꝓcedat aduentū chri alia obscuratio so
lis ⁊ lune:quia hoc expresse dicit scriptura
Joelis.ij. Sol inquit cōuertet in tene-
bras: ⁊ luna in sanguinē antq̄ veniat
dies dñi magn⁹. Et iō q̄uis sit verū qō
dicūt:tñ vt ōr Raba.⁊ s.Tho.vbi s. h
potuit ee alio mō.qz.s.in rei ꝑitate sol et
luna obscurabunt successiue vl sil dina
ꝑtute. Sz s.Tho.vlt h fieri aī iudiciū
vt sonāt ꝑba Joel. Rab.āt nō hz ꝙ in
cōuenienti ꝙ etiā fiat pñte chro ad troze.
Peracto ꝙo iudicio erit lux lune vt lux
sol:sic dixit Esa. sz tñ nō e repugnātia
int s.Tho.⁊ Ra.qz h potuit ee aī vt sit
signū:⁊ etiā tē ad troze. Vl h erit vsq̄
q̄ chris appear: q̄ appēre lumē restituet
soli ⁊ lune:sz nō appebūt ꝑpe chri clari
tatē. Quō ꝙo stelle ō celo sint casure oz
idagare:⁊ certū est ꝙ i rei ꝑitate ō celo
cadere nequnt. Prio qz celestia corpa sūt
incorruptibilia ⁊ ꝙnt idiuisibilia. Scdo
qz nō esset loc⁹ in q̄ recipi possent. Qō

ſle patz. Nā ſic docet Areſto. in li. ō ge
neratiōe: aqua ē decuplo maioꝛ terra ꝛ
aer decuplo maioꝛ aq̄: et ignis decuplo
maioꝛ aere. Et q̄ ſequit q̄ totū ſpaciuz
quod eſt infra celū pōt ꝓtinere totā ter
rā milies centies ꝛ vndecies p̄ciſe. Eſt
rurſus ſciēdū q̄ ſm ſapiētes. vt teſtatur
Origenes ꝛ ſcūs Thom̄. ꝛ multi alij.
Oēs ſtelle ſūt maioꝛes tra: vel ſaltē ille
q̄ ſūt viſu notabiles: vt dic̄ Alfragan⁹.
Hui⁹ aūt ſignū ē q̄ q̄libet ſtella reſpe
ctu celi ē alicui⁹ q̄ntitat̄: vt ꝓz ad ſen
ſum. Terra ꝝo reſpectu celi nulli⁹ ē ſen
ſibilis q̄ntitatis: ſed ſe habet vt punctū
vt ꝓz ex vſu aſtrolabij. Quia aſtrolog⁹
ita co vtit i ſupficie terre: acſi eſſet i cē
tro eius. Cū g̃ ſtelle etiā notabiles ſint
mlto plures q̄ mille. c. et. xj. nō p̄nt hīe
locū niſi i celo. Argueret aūt fortē ali
q̄s ꝓtra p̄dicta. Nā ſol ē maioꝛ terra: vt
tradūt ſapiētes: ꝛ etiā ꝓbat. Nā ſi eſſet
et eq̄lis: vmbꝛa terre ab eo cauſata eſſz
ꝓtinue eq̄lis: ꝛ prenderet̄ in infinitū. ꝛ
ſic eclipſaret ſupioꝛes planetas: et ſtel
las fixas. Qō ad ſenſū eſt falſum. Idē
ſeq̄t. ſi ſol eſſet minoꝛ tra: q̄ tūc vmbꝛa
terre: q̄nto magꝛ a tra diſtaret: eſſet ma
ioꝛ: ꝛ b̄ ad i infinitū: vt ex ꝓſpectiua ꝓz
Luna ꝝo ē minoꝛ tra ſm coſdē: ꝛ ꝓbat.
Nā ſol ē maioꝛ terra: g̃ vmbꝛa tre q̄ꝫ p̄
mū elongat a terra ē minoꝛ terra. Et tñ
ſpa vmbꝛa eſt maioꝛ q̄ꝫ luna: vel ſaltem
ei eq̄lis. vt ꝓz ad ſenſum: q̄ aliq̄n i ecli
pſi lune occupat totā lunā. Ex his aūt
ſequit q̄ ſi ſtelle ſūt maioꝛes tra/ q̄ ſint
maioꝛes luna: qō eſt ꝯ diuinā ſcp̄turā:
q̄ dicit q̄ fec̄ deus duo luminaria mag̃.
Gen̄. j. Rñdeo ꝛ cōcedo q̄ luna ē minoꝛ
ſtellis in ꝓpate: ſz q̄ eſt vicinioꝛ nobis
cū ſit in ꝓmo celo videt maioꝛ. Et ſm
ſctm̄ Tho. ij. di. xv. ꝛ. j. ꝓte. q. ixx. ratōe
hui⁹ apparētie vel rōne ſue ꝓpꝛtat̄: diuina
ſcp̄tura lunā appellat lumiare magnū.
Cū g̃ ꝝe ſtelle de celo cadere nequeāt:
ꝝbū p̄dictū exponit mltiplicit. Pꝛio ꝓz
Chꝛyſ. Hiero. Origē. et Raba. expo
nit: q̄ cadēt de celo. i. p̄abunt ſua luce
vel ꝓpter p̄ſentiā maioꝛis luminaris. ſ.
chꝛi: vt dic̄ Chꝛyſ. ꝛ Hiero. vel ꝓpt fu
tūū aſcendentē q̄ñ purgabit mund⁹: vt
dic̄ Origē. vel diuinit⁹ q̄cūq̄ mō. Alij
ꝝo exponūt de ſtellis q̄ cadūt ꝓtinue ꝓz
apparentiā in nocte. Sūt em̄ q̄dā vapo
res ſicci ꝛ calidi q̄ a ſole eleuāt vſq̄ ad
ſupioꝛē partē aeris. vū cū fuerint calefa
cti a ſphera ignis vicina incēdit illa ma
teria a ꝓte ſupioꝛi incipiēs vſq̄ ad infe
rioꝛē: ꝛ ſic videt cadere ignis vel ſtella.
Sed iſta freq̄nti⁹ ꝛ cū maioꝛi admira
tiōe fient inſtāti iudicio. Seq̄t (ꝛ i ter
ris) maxi e maritimis (p̄ſſura gētiū ꝓte
cōfuſiōe ſonit⁹ maris ꝛ fluctuū). Ex ſi
gnis em̄ apparētib⁹ in celo. ꝛ ꝓſeq̄nt in
ꝓte inferioꝛi hoies aliq̄ magnū futuꝝ
verebunt: p̄cipue ꝝo ex iſolita marꝫ tur
batiōe. Vñ arefcēt. i. rabeſcēt ſqualoꝛe
et macie: tā boni q̄ꝫ mali ſm Euſebiū.
Vñ ſubdit (Areſcētib⁹ hoib⁹ p̄ timoꝛe
ꝛ expectatiōe) eoꝝ. ſ. (que ſupuenient vni
uerſo oꝛbi) q̄ āt ſint iſta dicet ifra. Eſt
aūt aduerrendū q̄ ſm Aug. ꝛ Ambꝛo.
p̄dicta habēt aliū ſenſū: quē q̄dā dicunt
myſticū ſeu allegoꝛicū. Sz reuera foꝛ
te ē ꝛalis ſignificat⁹ p voces metapho
rice. Stella em̄ cadēs nō eſt vera res: ſz
ficta. Vñ ait Augu. ad Eſtich. Sed ne
dñs appꝛopinq̄nte ſcō aduentu ſuo ea
ꝓ magno diriſſe videak q̄ huic mundo
etiā an̄ eius ꝑmū aduentū fieri ꝓſueue
rāt: ꝛ irrideamur ab eis q̄ plura i hiſto
ria gētiū ꝛ maioꝛa legerūt. hec q̄ dicta
ſūt meli⁹ exiſtimo itelligi. Hec ille. Vñ
ſm cūdē Aug. eccl̄ia eſt ſol: ꝛ luna ꝛ ſtel
le: cuſ dictū eſt. pulcra vt luna. electa vt
ſol: que tūc nō apparebit ꝓſecutoꝛib⁹ vl
tra modū ſeuiētib⁹. hec ille. Amb. ꝝo ꝓ
ſolē chm̄ intelligit: cui⁹ radi⁹ ē fides.
Obſcurak g̃ ſol ſm eū: cū deficit fides.
Et luna. i. eccl̄ia/ q̄n iter ipaz ꝛ chz carnalia ꝛ frena vicia opponunt. Per ſtel
las ꝝo itelligunt viri gl̄oſi i eccl̄ia: q̄ ꝓ
ſecutiōis tpe cadūt: vt idem ōt. Qō ꝝo
ſubdit. (ꝛ i ſtris p̄ſſura gētiū) ſm Aug.
vbi ſ. nō itelligit ō gētib⁹ bñdicēdis in
ſemie Abꝛae: ſz q̄ i iudicio ſtabūt ad ſi
niſtrā. Videt aūt mihi q̄ ſi iſta p̄ſſura ſu
mak actiue: ſic ꝓtiet ad maloſ q̄ tē p̄met
. i. ꝓſeq̄nt bonos. Si ꝝo ſumak paſſiue:
ſic erit oim: q̄ erit ꝓpt illa q̄ ſupuenient
vniuſo oꝛbi. i. oib⁹ bōis ꝛ mal: vt videt

vēlle Eusebi⁹. Sz tñ ꝑssura bonoꝝ ci⁹ tius icipiet:qz lūine fidei z inspiratōis diuine citi⁹ agnoscēt futura mala alijs oscētib⁹:pax z securitas:z citi⁹ termina bit ꝑ elevatiōez capitū.i.cozdiū exhilarationē:deo ꝓfortāte. Pressura ꝥo malox nunqꝫ finiet:z semp ex q̄ incepit ꝑficiscet ò malo i peius. Et hac rōne ista fm Greg.z Aug.sūt dicta ꝫ reprobos. Ob ꝥo subdit(nā ꝥtutes celoꝝ mouebunt)fm Aug.intelligit:qz alioq̄ fortes in ꝑsecutiōe turbabunt.

Vocaliter h̄ significabunt mꝫra hoīm genera i q̄b⁹ erūt z sūt mꝫra signa. Nā in sole.i.in plat⁹ q̄ sūt lux mūdi(vt dicit Matth.v.)est obscuratio ꝑ tīgrantiā z vitā infamē. In luna ꝥo.i.pncipib⁹ secularib⁹ q̄x prās ad eccl̄iam se habz vt luna ad solē.extra ò ma.z obe.insolite: est apparitio sanguinis ꝑ crudelitatē z impudicicīā. In stellis ꝥo.i. religiosis est casus a celo ꝑ apostasiā z inobedientiā In tra aūt.i.i agricolis seu rustic⁹ ē ꝑssura passiue:illata a celo.i.superioꝝib⁹ eorū. In hoīb⁹ aūt.i.mercatoꝝib⁹ sic dicti ꝓpt politicā ciuilitatē z astutiā:ē arefactio cozdis ꝓpter cupiditatē z auaricīā. In ꝥutib⁹ aūt celestib⁹.i.ꝑdicatoꝝib⁹ ē cōmotio ꝓpt pusillanimitatē.qz sūt canes muti nō valētes latrare. Esa.lvj.z ꝓpt inutiles discursus:cū deberēt i ꝓtem platiōe q̄escere:exēplo chr̄i secedēt⁹ i desertū post fmonē Joā.vj. In mari autē id ē i pctoꝝib⁹ habētib⁹ ꝓscientiā amaricatā.est son⁹ malox ꝥboꝝ. z fluct⁹ varius vicioꝝ. Quātū ad scōm punctum sciēdū ē.q cū dr(Nā ꝥtutes celoꝝ)tangit duplex causa ꝑdictoꝝ. Una ē effectiua.i.angeli q̄ imediate ꝓcurabūt tr̄ia. Et alia finalis.i.aduēt⁹ iudic⁹ ad cui⁹ auctoritatē ꝑdicta ordinant. Est etiā sciēdū q.ꝑ ꝥtutes celoꝝ mꝫra possum⁹ i telligere:sīc docz san.Tho.vbi s. Primo ꝑ ꝥtutes celoꝝ intelligunt oēs angeli(q̄ vr ipe et Dgr̄ sen.dic̄) mouebunt id ē admirabunt.qz habebūt nouā cōsideratiōē ò reb⁹ ad quā ꝑ spēs naturales ptingere nō poterāt. Nec tñ sequit q.in eis mō sit gr̄a sed nesciētia:inqꝫtū nescīūt q̄cunqꝫ de⁹ facere ꝑt cū illum nō cōprehendāt. Vel fm Chrys.z Beda mouebunt:qz nō intrepide stabūt in iudicio videntes tātā mꝫtitudinē ꝓdenari. Vñ Job.xxvj. Colūne celi ꝓtremisc̄ent ad nutū ei⁹. Sz dictū istoꝝ optz intelligere impropꝛie:vt.s.sit timoꝛ reuerētie z admiratiōis. Vel fm Greg.mouebunt:qz i aduētu districti iudic⁹ visibiliter apparebūt ad nos puniēdos. Alio mō(vt dic̄ idē s.Tho.)ꝑ ꝥtutes celoꝝ pōt intelligi vn⁹ ordo angelic⁹ sic dictus q̄ tūc mouebunt:qz eoꝝ ē mirabilia facere:fm Gre.q̄d tūc maxie accidet. Vl̄ qz vt dic̄s.Tho.eoꝝ est mouere celos. Vñ z celoꝝ ꝥtutes dicunt:z tūc movebunt:qz mouere cessabūt q̄si.s.a suo officio mouēdi amore. Tertio fm Chrys. ꝑ ꝥtutes celoꝝ pnt intelligi oēs angeli q̄ ꝑsunt reb⁹ sensibilib⁹ q̄ absoluent a suo ministerio. Vide si vis.j.q.cix.quō singul⁹ specieb⁹ rer⁹ corꝛpaliū ꝓponūt angeli:z pncipes z hoīb⁹. Seq̄t.(z tūc videbūt filiū hoīs)Videbūt inqꝫ fm Aug. tam fideles q̄ infideles:vtpote qz erit sole splēdidior. Et fz Theo.videbit⁹ tam ipse q̄ crux sua:vt dr̄ Matth.xxiij. et ꝓsequit⁹ ab oīb⁹ cognoscet⁹. Quō aūt apparebit crux ē triplex opinio. Prima q̄ apparebit i sig̃ suo.i.in cicatricib⁹ chr̄i. Scōa q̄ apparebit i ipsa crux i q̄ chr̄s pepēdit ab angel⁹ delata ad ꝓsolationē fidelīū:z infidelīū ꝓfusionē. Tertia q̄ apparebit i aliq̄ sig̃ suo formato i modū crucis. Et ista videt⁹ mens euāgeliste Matth.dicentis.q̄ appebit signū filij hoīs i celo. Et vt credo erit lux q̄dā ad istar crucis densioꝛ relq̄ celi luce:vl̄ lux remissioꝛ ad istar vmbre. Vocat aūt se chr̄s filiū hoīs fm aliq̄s eo q̄ sit filius vnius.q̄ ꝥo ex masculo z femīa gñant sūt filij hoīs. Sz qz etiā Ezechiel dic⁹ est filius homis:forte melius dicit q̄ chr̄s sic se vocat i signū hūilitatis:cū posset se vocare filiū dei. Quidā aūt faciunt sēmul⁹:q̄ interrogat⁹(vt fingit)ò genere suo noluit se fateri filiū asine:sz dixit se filiū equi regis frācie. Notāter dr̄ filius hoīs:qz iudicabit in forma humana:qz etiā legē euāgelicā dedit i forma humana. Eiusdē ē̄ est legē ꝓdere z fm eam

iudicare. Ite qz in eade forma iudicat⁹ est: z ꝓsequ'r in eade iudicabit vt possit ab impijs videri: fm glo. Joā. v. (venie te in nube (fm alios ꝓ ista nubē intelli) git socieras sctoꝝ existentiū cū eo: q nubes dicunt/eo q a frenis fuerūt eleua) ti. Erāt aūt i societate chi venientes sal tem angeli: z forte illi scī: qui añ iudi) ciū resurrexerūt: si q sūt: z qcūqꝫ sint il li. De reliquis ꝓo dic apls. j. Thes. iij. Rapiemur cū illis scz q añ dormierāt: obuiā chō i aera. Ex q videt q chō ve niente alq scī erūt in terra z eleuabūt vt aues obuiā chō: qō maxie ꝓtinget il lis q mō sunt paupes z viles xp̄ō dñm: oiuitib⁹ rūe sine nūero remanentib⁹ i tra Reposita est hec spes mea in sinu meo Job. xix. Scōm alios ꝓo p nubē intel) ligit nubes materialis q chō ꝑbebit ob) sequiū ad decorē nō ad necitatē. Unde Aug. ad Esichiū. Sic veniet sic abijt. Nubes aūt suscepit eū ab oculo eoꝝ. hec ille. Ad quē aūt locū chūs tūc sit ventu rus. Uide ifra feria. iij. post ꝑmā dñicā ꝗdragesime. (cū prāre magē et maiesta) te) accepta a do pre xp̄ō sue passiois me) ritū. Greg. i omel. In prāte z maiesta) te visuri sūt quē i hūilitate positū audi re noluerūt: vt fruē el⁹ rāto tūc distri) et⁹ sentiāt: qnto nūc cernere cordis ad el⁹ patietiā nō iclinār. Hec ille. Appa rebit aūt ista prās chī ꝑmo ex mundi ꝓflagratiōe. Ps. Ignis añ ip̄m p̄cedet z iflāmabit i circuitu iimicos el⁹. Se cūdo ex iudicādoꝝ mititudie: qz cōgre) gabit oēs gētes i valle Josaphat. vt pz Joel. iij. Tertio ex corpoꝝ suscitatōe qz oēs resurgem⁹ cū corpib⁹ nris. vt pz j. Cor. xv. Quarto ex voc magnitu) die. Chrys. Uere mag vox cui oia obe diūt elemēta: q petras scidit: portas ife ri apit: z vincla mortis dirūpit. hec ille.

Quinto ex obsequio nubiū: vt hic patz.

Sexto ex inouatōe celi z tre z oim ele mentoꝝ. Apoc. xxj. Ecce noua facio oia

Septio ex iudiciaria auroritate. qa pi oē iudiciū dedit filio Joā. v. Octa uo ex electoꝝ glificatiōe. Matth. xxij. Tūc fulgebūt iusti sic sol. Nono ex so cietatis nobilitate. qz dñs ad iudiciū ve) niet cū sentoribus ppli sui Esa. lxij. Itez oēs angeli el⁹ cū eo Matt. xxv. c. Da iestas etiā ex pdicti apparebit z rursus ex glia būanitatis sue q erit gliosa. Pri) mo: qz dns iudex eminere iudicādis: q̄rū aliq. s. electi habebūt corpa gliosa. i. do tata dotib⁹ claritatis/agilitatis/ ipassibi litatis/z subtilitatis. Scdo qz i pmo ad) uentu chūs q venerat iudicādus appa) ruit i forma infirmitatis. g̃ veniens iudi care apparebit in forma opposita sicut iudicare z iudicari opponunt.

Doralit aūt h admonemur vt toto tpe vite nre q̄ram⁹ chō regi p sanguie fuso z cruce tolerata: orare z ope gratias agere ne ꝓfūdamur i die iudicij q̄n i ae re videbim⁹ sig̃ crucis z vulnez ei⁹. Tūc em fm Chrys. sic loquet. Ego xp̄s vos hō fact⁹ sum: xp̄s vos alligat⁹/delus⁹/ cesus/z crucifix⁹. Ubi est tantax inju) riax meax fruct⁹: Ubi seruit⁹ quā mi) hi p sāguinis pcio reddidist⁹: Hec ille.

Quātū ꝓo ad tertiū pūctū sciēdū est q chūs electos suos ꝓsolat. Greg. i omel. Quia p̄missa ꝓtra reprobos dicta sūt: mox ad electoꝝ ꝓsolatione ꝓba vertūt. Nā subdit (his aūt fieri icipientib⁹ leua te capita vestra). i. exhilarate corda. qa dum finit mūdus cui⁹ amici nō est⁹: xpe fit redemptio quā quesist⁹. In sacra em scptura sepe caput p mente ponit: qz sic capite regunt membra: ita cogitatiōes mente disponunt. Capita g̃ leuare: est mentes nostras ad gaudia patrie eccle) stis erigere. Hec ille. (qm appropinq̄t redēptio vra) Theo. i. pfecta corpis et aie libertas. Sic em ꝑmus aduēt⁹ dñi fuit ad reformatione aiax nraz: sic secū dus ad reformatione corpoꝝ celebrat. Hec ille. Greg. in omel. Q, aūt calca) ri mūdus ac despici debeat: puida dns cōpatiōe mālfestat: cū subdit (Uidete ficulneā z oēs arbores: cū pducūt iā ex se fructū: scit⁹ qm xpe est estas: ita z vos cū videri⁹ hec fieri scitote qm xpe ē re) gnū dei) qsi dicat: Sic ex fructu arbo) ris vicina estas cognoscit: ita ex ruina mūdi xpe esse cog̃scit regnū dei. Ex hoc ostēdit: qz fructus mundi ruina est. Ad hoc em germinat: vt quecunqꝫ germi)

nauerit cladib⁹ ꝛesumat. Bñ ãt regnũ dei estati compat:q; meroꝛ nr̃i nebule trãseũt:ꝛ vite dies etni solis claritate fulgescũt. Hec ille. Euse. Sic em̃ i hac vita:sol hyeme ꝛcedẽte:ac succedẽte ve/re:radiũ calidũ mittẽs fouet ac viuifi/cat humi ꝛdita semina:exuẽtia pstinã fi gurã:pullulãt aũt noua vartũ viroꝛ̃ ha bẽtia:sic ꝛ gl̃ios⁹ vnigeniti ꝺi aduẽt⁹ vi uificatiuis radijs illustrãs nouũ seculũ dudũ ꝛdita ꝙ rotũ mꝺz semia.s. dormiẽ tes i puluere ẽre portoꝛib⁹ coꝛpib⁹ q̃s p̃/us ꝓducet i lucẽ:ac ꝛfutata morte reg̃/bit deinceps vita secli noui. Hec ille. Oia ãt p̃dicta ꝛcludit dñs fm Gꝛe.sub mag̃ certitudie.imo fm Beꝺ. si dicere licz sub suo mõ iurauit:cũ ꝺt (Amẽ ꝺi/co vob) Amẽ ꝙppe vt ꝺt Beda iterp̃ta tur vez:acsi dicat:vez dico vob. Utrũ ꝛo sit iuramẽtũ? Dico q nõ. licz Wgr̃ histo.dicat q sic:q; chr̃s nõ ita freq̃ntat ser illõ(q; ñ ꝓteribit gñatio hec donec oia fiãt(.i.nõ ꝓteribit gen⁹ iudeoꝛ̃:fm aliq̃s:vel hũanũ gen⁹.fm eundẽ Beꝺã vel eccl̃ia nouit gñanda.fm Euseb̃iũ ꝛ Theo.q ex h̃ elicit q ip̃a chr̃ianitas nũ q̃s deficiet:neq; fides Jesu chr̃i(celũ et terra trãsibũt:ꝛba ãt mea nõ trãsibũt) idẽ vt videt innuere Greg.ꝛ Hiero.ꝺt Facili⁹ est ista ꝓire:qꝺ tñ est ipossibile: q̃s mea ꝛba nõ implerí. Vel possumus dicere:q reuera transibit celũ q̃ntũ ad accidẽtia sua:q; cessabit moueri:ꝛ am/pliozẽ lucẽ suscipiet:ꝛ silr terra:vt ex di ctis ꝓz:tñ q̃ntũ ad essentiã ꝛ subaz suã vtrũq; stabit in eternũ. Unde Eccs.j. Terra i eternũ stat. Beda. Aperta rõ ne celũ ꝛ terra ꝙ eã quã nũc habẽt ima/ginem transeunt:attamẽ per essentiam sine fine subsistunt. Hec ille.

Horaliť aũt h̃ instruimur vt mũdũ trãseuntẽ despiciam⁹. Si em̃ trãseũt in coꝛruptibilia: vt celũ ꝛ tra:q̃nto magis coꝛruptibilia ꝛ vana. Hiero.ad Helio. ꝺ morte nepo. Xerses ille rex potentissi mus q subuertit mõtes:maria ꝛstrauit cũ ꝺ sublimi loco infinitã hoiz mꝛtitudi/nẽ ꝛ inũerabilẽ vidisꝛ exercitũ:fleuisse ꝺr ꝙ post cẽtũ ãnos null⁹ eoꝛ q̃s tũc vi/debat/supfutur⁹ esset. Si possem⁹ in talẽ ꝛscendere speculã de q̃ vniuersam terrã sub nr̃is pedib⁹ cernerem⁹. Jã ti/bi ostẽderẽ toti⁹ mꝺi ruinas:gẽtes gen tib⁹ ꝛ regnis regna collisa:alios toꝛq̃ri alios necari:alios absoꝛberi fluctib⁹:alt os ad futurem trahi:Hic nuptias/ibi plãctũ illos nasci:istos moꝛi:alios afflu ere diuitijs/alios mẽdicare:ꝛ ñ Xersis tm̃ exercitũ:sꝛ toti⁹ hoies mꝺi breui spa cio ꝺfuturos. Uincit fmo rex magnitu dine:ꝛ min⁹ ẽ oẽ qꝺ loq̃mur. Redeam⁹ igit ad nos:ꝛ q̃si e celo descẽdẽtes pau/lisp nr̃a videam⁹. Sentꝛ ne obsecro q̃n infans:q̃n puer:q̃n iuuenis:q̃n robuste etatꝛ:q̃n senex fact⁹ sis? Quotidie mo/rimur:q̃tidie cõmutamur:ꝛ tñ eternos nos esse credim⁹. Hec ille.

Dominica tertia aduentus Textus euangelij Mat. xi.

Cum audisset Joannes in vinculis opa chr̃isti mittens duos de discipul̃ suis ait illi. Tu es q̃ venturus es:an alium expectamus: Et rñdens Jesus ait illis. Euntes renũciate Joãni que audistis ꝛ vidistis. Ceci vident:claudi ambulant: lepꝛosi mundantur:surdi audiũt:moꝛtui resurgũt:pauperes euangelizantur. Et beatus est q̃ non fuerit scandalizat⁹ in me. Illis au tẽ abeũtib⁹ cepit Jesus dicere ad turbas de Joãne. Quid existis in desertuz videre. Arundinẽ vento agitatã. Sꝛ q̃d existis videre:Hoiem mollib⁹ vestitũ; Ecce q̃ mollib⁹ vestiunt̃ i domibus regũ sunt. Sed q̃d existis videre:ꝓphetã: Etiã dico vobiq ꝛ pl⁹ q̃s ꝓphetã. Hic est em̃ de q̃ scriptũ est. Ecce mitto angelu meũ ante faciẽ tuã. qui ꝓparabit viam tuam ante te.

Dominica.iii.aduētus.

p ipm facta sūt: posset aliqs itelligere/ q etiā pctm fieret p ipm: ad qđ excludē dū subdit. nihil. i. pctm factū ē sine ipo. Pctm em nihil ē: z nihil fiunt hoies cū peccāt. Nā pctm est actꝰ hūanꝰ. i. deliberatꝰ: malꝰ. i. deordinatꝰ. Ista aūt deordinatio ē puatio debiti ordis: ois aūt puatio nihil ē. Cū igit ista deordiatio sit formalr pctm sic ipe actꝰ materialr secđ q pctm formalr z eētialr nihil ē. Videmꝰ aūt q ars nō ē cā alicuiꝰ defectus p se i artificiatz: sz est cā pfectiōis z forme. defectꝰ aūt i artificiatz ꝓcedit ex duobꝰ. s. ex puersa volūtate artificis q agit pter regłas artz. vel forte ex ħ q ñ bñ scit regłas artis. Verbū aūt diuinū est ars pfectissima plena oim rōnuz viuentiū z icōmutabiliū z habet volūtatē rectissimā. Et iō nllo mō pōt esse cā alicuiꝰ iordinatōis mali culpe qđ ab vltimo fine deordinat. Sz causa mali culpe ē ipa volūtas ex libtate sua deuians ab arte incōmutabili. Sic g̃ ista vltia pticula addit ad ostēdēdū ꝟbi vniuersalē causalitatē: fz Chrys. vl' ꝟtutē ꝟbi ꝓseruatiuā fm Orig. vel causalitatz̃ puritatē: q. s. sic est causa boni q nllo mō pcti. (qđ factū est in ipo vita erat) Hic euāgelista ostēdit verbū esse ꝓncipium viuentiū. Est aūt ħ młtiplex punctuatio. Pria est manichei q ex ħ morꝰ est ad dicendū etiā lapides viuere: sic punctuās. Qđ factū ē i ipo. punctꝰ. i. p ipz vita erat. z ꝓr viuebat. Sz ħ expietia docet falsū. Scda est Aug. in ħ sensu (qđ factū est) ex tpe. i. creatū in pma cōditōe: loqz̃ tpibꝫ q discretū: generibꝰ et formis numerisq distinctū: sensibilibꝰ z itelligibilibꝰ substātijs cōpactū z cōgregatū. ħ totū (i ipo vita erat) Lz em in se nō oia sint vita: imo nec viuant: tñ vt sūt in ꝟbo oia sūt vita: q. sūt deitas Iste aūt termiꝰ: vita: tripłr pōt exponi. Primo p verbū: et tūc est sensꝰ. Qđ factū est i ipo ꝟbo erat vita. i. viuebat p ꝟbū/ seu pmanentiā z ꝓseruatiōez in esse habebat. Vñ Chrys. Nomē vite ñ solum ꝓditiōis est: sed etiā puidentie. s. que est fm pmanentiā. Vñ etiā phs dr q omnes res viuunt p vitā primā. Vel potest exponi p participiū: z tūc est sensus. Quod factū est in ipo vita erat: id est erat viues in ipo fm rōnez intelligibilē. q. in eo sunt ratiōes omniū viuentiū fm Augu. Que rerum ratiōes seu silitudines/ dicunt res: non simplicit/ sz in esse intelligibili. Sicut em hec res ostrata: puta Aristoteles est homo in esse reali: ita silitudo eius q est i intellectu/ dicit homo i esse itelligibili. Vñ ersi nullꝰ homo exister in esse reali: adhuc ille qui p intellectū cōciper hoiem: vere posset dicere: homo est animal. s. in esse intelligibili nō in esse reali. Hoiem aūt esse aial in esse intelligibili/ nihil aliud est q̃ aial esse de intellectu homis. Sed hoiem esse aial in esse reali: est hominē actu extra intellectū habere materiā sensitiuā. Sic g̃ cū diuinū ꝟbuz ab eterno oia intellexerit: omia ab eterno erāt in eo: nō fm esse reale rerū: sed fm esse intelligibile. Sed ꝓra. Aut esse rex reale erat in ꝟbo aut nō. Si ꝑmū: ergo res erat in ꝟbo fm esse reale añq̃ fierent. Si scōm g̃ nō oia erant in ꝟbo. Ad ħ dico: q ipm quoq reale esse erat in verbo: sed in ꝟbo nō erat reale esse rerum: sed itelligibile: ita q ꝟ ipm in verbo fuit itelligibilr sic z alia. Semp em effectus sūt i causis: nō fm modū ꝓpriū: sed fz modū suaꝝ causaꝝ: sicut effectus interiozes ꝓtinenk in sole fm modū solaris ꝟtutis. Quia ergo ꝑma z vniuersalis causa omniū entium. s. verbum diuinū viuit vita purissima intellectuali. ideo signāter dicit euāgelista q vniuersaliter non solum viuentia: sed oīe q̃ factū est i ipo vita erat: q. oia creata p existebāt i purissima luce itelligētie eiꝰ fm quā viuit vita nobilissima et voluptuosissima. vt hī. xij. mera. Vel pōt exponi ly vita p aduer. fm Orige. Et tūc est sensus. Qđ factū est ipo vita erat. i. vitaliter seu eternaliter. Eternitas em ꝓprie est vita eterni. i. dei. Nā dr q oia i ꝟbo vitaliter/ causaliter/ z vniformiter subsistūt. Et dicit vitaliter. i. eternaliter: ne creatis videak derogare imutabili/ rati creantis. ex hoc sz q aliq̃d ḋ nouo ꝓductū est. Hoc em fit sine aliq̃ mu-

ratione volūtatis ꝑbi diuini qđ ab eter-
no imobilit disposuit in vitali luce sue
sapientie: q creatura incipet in tali tpe
z non ante. Et sic creature tempalis ꝓ-
ductio est nouus effect⁹ eterne volūta-
tis verbi diuini semp imobiliter pma-
nentis. Et istam imutabilē eternitatē
optime dem̄inauit nomīe vite. Per vi
tam em̄ ꝓcatur eternitas que est vita cō
tinuās esse: cum eternitas ſm Boetiū
sit inter̄minabilis vite tota simul z pfe-
cta possessio. Item dicit causaliter: ne
creatio videat derogare potestati. quia
tota ratio facti est potentia facientis. vñ
nō egult matia: qz cūcta creata, pduxit
per actū q in agente est/z nō in re acta.
Itē dicit vnifozmit: ne videat deroga
re diuine simplicitati: qz tām̄ltiplicia z
varia fecit. Oia em̄ sunt in ipo vnifor-
miter: sic docet in trib⁹ exēplis. Primū
est de sole: in quo est vnifozmit ſm vnā
simplicē ꝑtutē: z causalit oīs m̄ltitudo
terrenascentiū. Scōm est de pūcto: qđ
est centrū ad qđ cōcurrit infinit⁹ linea-
ruz numer⁹ ab ipo pductaꝝ/ q̄uis ipm
sit simplex. A centro em̄ ad circūferen-
tiam infinite linee trahi possunt: cū cir
culi superficies in infinitū sit diuisibilis.
Tertiū est de arte artificis: in q̄ res m̄l
tiplices vnū sunt/ z in aīa eius viuunt.
Verbi grā. Faber q facit arcam/ ꝓmo
habet in mente sua: deinde fabricando
extra ponit. Arca autē facta putrescit:
sed tñ ex illa q̄ est in mente sua pōt aliā
fabricare. Arca em̄ in ope non est vita:
sed in mēte: qz. ſ. viuit in mēte artificis
vbi ē artificiatū añq̄ fiat. Et sic cū di-
cit (vita erat in ipo) ly in: ſm ꝓmā ex-
positionē dicit habitudinē cause efficiē
tis. ſm aūt aliā ōr habitudines ēndi in
aliq̄. sed ſm tertiā ōr habitudinē ad exē
plar eternū in q̄ oia ꝓexistebāt vita in-
tellectuali: z inde, pdibant vt subsiste-
rent in ꝓpr̄iis naturis. Tertia pūctua
tio est Origenis. Pro qua scito: q cuz
de deo vel filio dei aliq̄d dicat triplicit
ſ. ſm se tm̄/ siue absolute: vt ds. z cōpa
ratiue ad nos tm̄: vt redēptor. z vtroq̄
mō: vt sapiēs viuēs. In scdis ac tertiis
pōt addi ly factus: etsi non in ꝓmis: vt
dicat factus nobis sapiētia z redēptor:
non autē deus. Igitur Orige. sic legit
Qđ factū est in ipo: pūctus: vita erat:
volens ꝓ hoc ꝓcari factuz esse vt ꝙbum
qđ in seipo erat vita: sit nouiter factuz
vita nob/ inq̄tū nos viuificauit. Iōq̄
stari subdit (z vita erat lux hoim) Sz
licz sīa sit vera: tñ expositio est extorta

Quarta est Hilarij. ij. de trinita. vir
tualiter. Pro q̄ sciendū est: q sic̄s esset
pater habēs filiū paulatim ꝓgingentez
ad ꝓfectā ꝙrutē p̄is vt in humanis: pa
ter multa faceret ꝓ ipm: q̄ tñ nō faceret
sine eo. Quia ḡ alic̄s suspicari posset:
q q̄dam alia ab illis oīb⁹ q̄ per filiū fcā
sunt/ fuerint facta nō per filiū: nec sine
filio. ideo post q̄ dixerat euāgelista. oīa
ꝓ ipm facta sunt: z sine ipo factū est ni-
hil: ſm Hila. ad excludendū illū sensū/
subiūgit: qđ factū est: pūctus. in ipo, i.
ꝓ ipm. ſ. factū est: z nō solū nō sine ipo.
Et ratio huj⁹ subiungit cū dicit: Vita
erat. Viez em̄ viuens posset esse impfe-
ctū: tñ in ipa vita absolute nō pōt ꝓce-
dere impfectū vt aliq̄d fiat nō sine ipo
z nō per ipm filiū q est vita. Quinta
pūctatio est in q̄ ly in: ōr habitudinē ad
materiā siue subiectū. z tūc punctat sic
(qđ factū est in ipo) id est circa ipm. vt
incarnatio: passio: resurrectio: ſm Hil.
z Amb (vita erat) .i. cā vite nob. Vñ
infra. ix. Ego sū resurrectio z vita. Vñ
ait Amb. Ipius diuinitas vita est: ipi
us passio: mozs: vuln⁹: sanguis: sepultu
ra: z resurrectio: vita est vniuersoꝝ. hec
ille. Sexta punctatio est oīno diuersa
ſm Chrȳ. Ipe em̄ vult q id qđ ōr q fa
ctū est rotū includat sub ꝓma clausula:
vt dicat sic (sine ipo factuz est nihil qđ
factū est) Et hoc dicit ſm eū ad exclu-
dendū illoꝝ errorē: q dicebāt spūsctū
esse factū a ꝙbo: z cōsequent esse crea-
turā. Quia ḡ euangelista dixerat: sine
ipo factū est nihil: ne crederet alic̄s/ q
ꝓdicta locutio se extēderet ad ꝓsonam
spūssancti/ euāgelista dem̄inat intelle
ctū, ppr̄iū: cū addit ad ꝓdictā clausulaz
(qđ factū est) acsi dicat. Sine ipo fcm̄
est nihil: nihil dico qđ factum sit: z non
includit ꝓsona spūssci que nō est facta:

In die Natiuitatis dñi.

sed originata a patre ⁊ filio p̄ processum amoris. Q̄ō ꝓ̄o postea sequit (in ipo vita erat) introducit ſm eum ꝓpter duo. Vnū est vt post ꝓductionē oim rerum ostendat indeficientia causalitatis/ nō solū ad res ꝓductas: sed etiam ꝓducendas. quasi diceret. (In ipo vita erat) q̄ non totū ꝓducere potuit: sed etiam qua indeficientē influxū ⁊ causalitatē absq̄ minoratiōis dispendio habet ad res cōtinue ꝓducendas. vtpote sicut fons viuus qui nō minorat ex cōtinuo defluxu Aqua ꝓ̄o non viua ⁊ collecta cum fluit minorat et deficit. Ps̄. Apud te est fons vite. Scōm vt ostendat gubernatio rerū etiā esse per ꝓ̄bū. Quia em̄ in ipo vita erat/ ostendit q̄ non ꝓduxit res per necessitatē nature: sed per volūtatem ⁊ intellectū: ⁊ q̄ res ꝓductas gubernabat. Et quia Chrysostomus est tante auctoritatis in suis expositionib⁹ apud Grecos: q̄ vbi aliq̄d exposuit in sacra scriptura nullam aliam expositionem admittūt. Ideo in oīmbus libris grecis sic inuenit punctuatū sicut punctuat Chrysostom⁹. scilicet hoc modo. Sine ipo factū est nihil q̄ō factum est. Aliqui autē istū modū legendi rep̄hendendū putant. quia ly: quod factum est ſm eum esset superfluū: cum ly nihil/ seu nullū ens quod ei equipoller habeat ly ens distributū solū p̄o factis. Sed posset dici q̄ superfluit apud bene cōcipientes: ⁊ tamē necessario apponit ꝓpter alios. vt ipe dicit. Credo autē cuz sub vna littera scripture sint mlti sensus literales: vt supra dictū est: ⁊ tamē vnus aliquādo sit alio planior ⁊ principalior in scribentis intentione: q̄ principalit sensus euāgeliste sit punctuādo eo modo quo punctuāt latini: ⁊ multi alij greci sez sic. Et sine ipo factū est nihil: pūctus: Quod factū est ⁊c. Et ratio ē: qz euāgelista in p̄ma parte euangelij vsq̄ sez ad illum locū: Fuit homo. sic cōcatenat sentētias oīes. Primo de essentia ꝓ̄bi. ⁊ Scōo de eius potētia: ibi. Oia per ipm facta sunt: vt finis p̄me sit p̄incipium secūde. Quam cōcatenationez punctuatio Chrysosto. soluit. Nec est instantia de illa sentētia: hoc erat in p̄ncipio apud deū. qz ly hoc: sumit p̄o ꝓbo q̄ō fuerat finis p̄cis (Et vita erat lux hoim) Hic ostēdit euāgelista q̄ ꝓbum diuinū est p̄nciplū illuminatiuū per q̄ō p̄oducunt rationalia: ⁊ ponit tres clausulas: in quaz p̄ma describit quandā vniuersalē lucem dicens. (Et vita) id est verbū/ vel filius in quo viuūt oīa (Erat lux hominū) Non autē dixit: angelox: licz sit lux eoz. Primo ſm Chrysosto. quia intēdit tradere noticiam de ꝓbo/ ſm q̄ ad salutē hoim ordinat. Secūdo ſm Origen. quia nomie hoim intellexit oēm intellectualē creaturā: ⁊ h̄ a fortiori. qz angeli magis illa luce p̄ticipant. Erat inq̄ lux sez manifestās se ipam mūdo triplicit. Primo per scripturā. Vñ Orige. Eloquia disce diuina: ⁊ eoz oīno cōcipies intellectū: id est cognosces ꝓbum. Hec ille. Scōo per creaturā. Sensu inq̄t corporeo formas ac pulcritudines p̄spice sensibiliū. ⁊ in his oīmb⁹ nihil tibi veritas declarabit p̄ter ipm q̄ fecit oia. In pulcritudine em̄ ⁊ decore artificiati/ relucz pulcritudo ⁊ decor artifiez. hec ille. Tertio p̄ assumptā humanitatē. Vnde dic̄ idem Origen. Lux est dñs ihesus chr̄us qui in humana natura oīm rationa⁹l natura seipm manifestauit: sueq̄ diuinitatis qua patri equalis est abdita mysteria. Hec ille. In scōa clausula ponit eiusdē lucis irradiationē dicens (⁊ lux in tenebris lucet) Hoc aūt exponit p̄mo ſm naturalē theoriā sic. Sicut em̄ aer per se nō lucet/ sed tenebrosa substātia est: capax tn̄ radij solaris. ita natura nr̄a p̄ se cōsiderata est q̄dam tenebrosa substātia: sed tamē capax lucis diuine sapientie. Insuper aer dum solis radios p̄cipit nō dicit p̄ se lucere: sed lux solis que in eo apper. Similit nostra rationalis natura dū diuinū lumē possidet ⁊ nō p̄ se res itelligibiles/ vt deū ⁊ ea q̄ sunt fidei recognoscit: nō dicit lucere p̄ se: sed lux diuina in eā supuenies ⁊ apparēs. Lux ergo in tenebris lucet: dum ꝓbū q̄ō est lux ⁊ vita hominū in nostra natura/ que tenebrosa est lucere nō de-

sinit eam ptinendo ꝛ ꝓseruādo p natu-
ram ꝛ reformādo p gratiā. Notanduꝫ
est autē q verbū est lux hoim. Primū p
modū obiecti: qz a solis hoib⁹. i. intelle-
ctualib⁹ creaturꝫ ē ꝓspicabile. Scōo p
modū cause efficiētꝫ: qz est causa nostri
luminis. Tertio formaliter: nō in se/sꝫ
in sua participatiōe ꝛ similitudie: qz ipm
lumē quo formaliter videm⁹ est quedā
participatio ꝛ similitudo luminis diuini.
fm illud Ps̄. Signatū ē sup nos lumē
vultus tui domine. Sꝫ quonīā ipa lux
increata oīm creature incōprehēsibilis
est: subdit tertia clausula in qua decla-
rat lucis subtractio: cū dicit (et tenebre
eam nō cōprehenderūt) quod exponit.
Primo fm Origē. q̄a nulla creatura pt
cōprehendere istā lucem. i. intelligere:
quid vel qualis sit de⁹. Illud em̄ intel-
lectu cōprehendit: q̄d pfecte ꝛ totaliter
intelligit. Scōo exponit p allegoriā sic
Tenebra est hūanū gen⁹: originali pec
cato infectū. Quasi g̃ si aliq̄s q̄rat. q̄re
nō oīes illūinant cū ꝟbum dei sit lux:
Rñdet tacite dicēs. Lux q̄ntū est de se
lucet in tenebris. i. in hūano genere cui
ostendit sue ꝟitatis cognitionē p scīptu
ram: p creaturā et p pīsentiā suam qua
mundo visibiliter corporalis apparuit
in carne assumpta: sed tenebre. i. omnes
vniuersaliter peccato obscurati vel spe
cialiter iudei: eā. s. lucē se offerentē non
cōprehenderūt. i. cognitionē ei⁹ nō acce
perunt: qz oculos aperire noluerūt: se ꝑpa
rando. Chrys. Sic̄ solari radio non est
frui nō aperientē oculos: ita nec clarita
te hac participare nisi expandētē vehe-
menter aie oculū. Hec ille. (Fuit homo
missus a deo) Tractatur⁹ euangelista
de humanatiōe verbi. Prio ptractat ō
ei⁹ pcursore q̄ missus est tāq̄ lucifer añ
solem: vt homines disponeret ad lucis
inaccessibilis verbi susceptionē et pce-
ptionē. De Joāne aūt loquēs euangeli
sta tria declarat. s. eius dignitatē: ꝛ ei⁹
vtilitatē. ibi (hic venit) ꝛ eius a ꝟbo di-
stantiā. ibi (nō erat ille lux) Quantū ad
Primū dic̄ (fuit homo). s. natura humi
lis. sed officio sublimis: qz (missus a do)
q̄si eius nunci⁹: honorabilis vocabulo:
vtpote (cui nomen erat Joānes) deo ste
disponēte ꝛ ordinante. Dicit em̄ Joan
nes: idem qđ in q̄ est gra. Estaūt scīē-
dū q̄ ptiores grāmatici iterdū ad ostē
tationē sui ingenij ptermisso cōi vsu ex
cogitāt noua: nō tm̄ meliora veteribus: sꝫ
q̄ iudicio carēt existimāt q nō bñ dicāt
nisi p nouitatē. Dicūt igit moderni: cui
nomē erat Joāni. q̄ mō loq̄ndi Hiero.
q̄q̄ vtik in vita bti Pauli pmi eremite:
sed codices sacri grauitatꝫ causa vtunt
ntō casu. Dicit g̃ hō ad tollendā hereti
cor pfidiā q̄ dixerūt illū fuisse angelū
eo q̄ dñs ō ipo introduc̄ illō Malach.
ij. Ecce mitto angelū meū. Sꝫ hō fuit:
vt dicit q̄ntū ad nature ꝓditionē: angelus aūt ibi dic⁹ est aut ꝓpt officij dignitatē: qz angel⁹ idem est qđ nunci⁹ ꝛ ille nūciauit chīm: aut ꝓpt vite puritatē: q̄a
lꝫ hō fuit: tm̄ habuit angelicā puritatē.
Item dicit hō: ad ostendēdū ꝓuenientiā officij ei⁹. Debebat em̄ de luce incarnata restificari hominib⁹. et ideo debuit
hō esse cōnaturalꝫ alijs: vt sic eū possent
intelligere. Tertio hō dicit ad subleuā
dā hominū fiduciā. Si em̄ homem fragilē ꝛ infirmū de⁹ tantū sublimauit: vt
cum suū faceret pcursorē: null⁹ hō de se
ipso desperare debet. Sꝫ ne q̄s dubitaret huic homini credere: qz ois hō mendax: tō dicit (missus a deo) vt ex hoc fm
Chrys. credas quecūq̄ dicit esse verba
mittentꝫ. Vñ angel⁹ dī cui⁹ ꝓprium est
nihil ꝓpriū dicere. Cū aūt fm ictm Thotripl̄r aliq̄s mittrā a deo. s. p inspiratiōnē Esa. xlviij. Misit me dñs ꝛ spūs p i
teriorē ispirationē: ꝛ p aptam visionem
Esa. vj. Audiui vocē dñi dicentꝫ: quē
mittā ꝛc. Et p plani missionē q̄ gerit p
sonā dei: fm illō. ij. Cor. ij. Si cui do
nauī ꝓpt vos i psona chri. Joannes pōt
dici missus duob⁹ ꝓmis modis. Lauendus est aūt Origenis error. Dic̄ enim
oēs aias sil' ab initio fuisse creatas: sed
postmodū fm diuersa merita diuersis
corpib⁹ alligatas. Sic g̃ posset q̄s intelligere Joannē missuꝫ a deo in hūc mundū q̄si pus extitisset in alio: sic̄ ꝛ filius dicit missus i carne. Hic em̄ sensus est
hereticus: quia humana aia creando in-

fundit corpi ⁊ ifundēdo creat. Nam de Jacob ⁊ Esau dī Ro.ix. Cū nōdū nati essent/aut aliq̄d egissent boni aut mali. Jn his em̄ ꝓbis apli habet q̄ aie illorū paruulor añ natiuitatē suā nlla habuerūt merita. Dī g̃ missus:q; postq̄ fuit hō nat⁹ de⁹ ex spūali reuelatiōe misit illū ad pdicādū ⁊ baptizādū. Vl pt dici missus:nō q; pfuit i alio mundo: sed q; pfuit ab eterno i diuina ꝓuidētia Fuit g̃ magne hūilitatis:q; hō magne auctoritatis:q; missus a deo.magne sanctitatis/q; nomen ei erat Joānes.i.in q̄ est gratia:sic em̄ interpr̄at. Cōpetebat aūt ei h̄ nomē. Primo:q; maxie i eo diuina gr̃a abūdauit.Lu.j. Spūsctō replebit adhuc ex utero matris sue. Jtez scōo:q; ab ipo icepit temp⁹ gr̃e.Dat. xv. A diebꝰ Joānis baptiste regnū celoz vim patit. Vel tertio ad ostendēdū q̄ a deo nō fuit ꝓpt sua merita missus: sed ꝓpt diuinā gr̃am ⁊ miscōiaz.j.Cor. xv. Gr̃a dei sum id q̄ sum. Deinde euāgelista declarat utilitatē missiōis Joānis. Dicit g̃(hic venit)volūtarie obediendo mitteri eū a deserto(in testi.ut testi.phiberet de lūine).s.ꝓbo:q̄ntum ad ei⁹ miraculosaz ꝓceptionē ⁊ natiuitatē Et nota q̄ verbū supra lucē dixit:h aūt appellat lumen:q; lux dicit in suo fonte ꝓsistens:puta in sole:sed lumen ut in alieno corpore est:puta in aere. Et sic verbum in se lux est:sed in humana natura lumen.⁊ sic de eo nunc tractat (ut omnes crederent p illum) Ecce finis et fruct⁹ hui⁹ testis ⁊ testimonij ei⁹: ut.s. omnes hoies susciperēt irradiationē veri luminis. Duplex ē aūt ei⁹ irradiatio vel participatio.s.p fidem ⁊ p apertam visionē. Et ṗma est via ad secūdā:q; nisi crediderit⁊ nō intelliget⁊. Esa.vij.fm aliā litterā:ideo dic ut omes crederent p illum. Nō em̄ statim apte eum cogḡscerent. Crederēt inquā p illum/sed nō in illū:q; fides innitit ṗme veritati q̄ infallibilis est. Sed h oritur q̄stio Danichei: qui negat oia testimonia ꝓpheta rū de christo. Dicit em̄ q̄ frustra Joannes ⁊ alij ei testimoniū perhibent:q; est lumen purissimū:lumē aūt se ⁊ alia manifestat:ido nō indiget manifestari ab aliquo.vñ videt supflue dictū/ut testimoniū phiberet de lumine. Sz a sanct⁊ mltiplex assignat rō/ q̄re chr̃s voluit a ꝓphetis habere testimonia. Una est fm Chrys.⁊ Dionys. Quia qđ in se clarū est ⁊ certū:alicui pōt esse dubiū ⁊ obscurū:⁊ ꝓpt indiget manifestari/nō ꝓpt se/ sed ꝓpt infirmitatē alteri⁹. Sic g̃ chr̃s nō ꝓpter se egebat Joannis testimonio vel alteri⁹.vñ Joā.v. dicit. Ego testimoniū ab hoie nō accipio. Sz hmōi testimonia fuerūt necessaria ꝓpt hūanā infirmitatē cui ipm lumē iproportionatū erat. Jdeo⁊ qđā hoies pre alijs sūt de rebus diuinis illuminati:ut alijs ab eis humano mō cognitionē acciperēt diuinoz. Et ideo dicit:ut omes crederent p illū. Vnde.aūt assignat tres alias rōnes. Et ṗma ē: Quia lz ipe ꝓpt se hmōi nō indigeat:tn̄ hoc voluit fieri ut q̄sdā homies exaltaret. Sicut em̄ deus pōt omnia p seipsum imediate ꝓducere sine adminiculo alicui⁹ creature:⁊ tn̄ cōmunicauit causis creat⁊ ut possint ⁊ ipe causare ⁊ facere:ut nobilitenꝰ creature quasi coagentes creatori. Sic etiā maiorē sui cognitionē dedit q̄busdā hoib: ⁊ p illos alios ad se adduxit ⁊ se eis manifestauit:quāuis totum p seipm potuisset explere. Scōa est:q; miracula p q̄ christus manifestauit seipsum mundo: temporaliter facta trāsierūt ⁊ pauci illa viderūt. Testimonia aūt scripturaꝝ stabilia sunt ⁊ ad posteros puenerūt:et hac de causa miracula fūt adiūcta. Tertia est:quia homies ad fidem ꝓuertēdi diuersimode dispositi erant. Quidam em̄ p miracula/quidā p ratiōes ⁊ argumēta magis mouenꝰ.j.Cor.j. Judei signa petunt:⁊ greci sapientiā querunt. Jdeo christ⁹ utroq̄ modo voluit manifestari:ut omnib⁹ ꝓuideret congruentē medicinā. Sed hic obijcit contra h q̄ dicit(ut omnes crederēt p illū) quia cū nō omes crediderint:videt q̄ frustra Joānes ⁊ deus sint suo fine frustrati. Sed ad hoc dicit q̄ duplex est finis.s.in se et in altero.sicut finis medici in se est mederi.in altero ꝓo est sanari. Frustrari

g fine in se dicit impfectionē: nō aūt fine in alio. Nam sic dicit Phs: nō semp sanat medic⁹/nec rhetor semp psuadet sed si nihil omiserit de pringentib⁹: eum pfecte operatū dicim⁹. Testimoniū g z doctrina Joannis ordinabat ad h vt omnes homies in ch̄m crederēt: sz q ñ oīes crediderint: fuit ex stulticia z peruersitate eor: z sic habuit finem i se cū/uis nō in altero. Vel dicendum q finis Joannis fuit facere quod in se erat: vt omnes crederēt. z similiter est frustrat⁹ scō/nō pmo z principali. Finis autem dei ab eo volitus in missiōe Joānis antecedenter fuit vt omnes crederent: nō autē psequēter. Que aūt vult antecedēter: nō semp implent. Dicit autē qs vel le antecedēter illud quod vult q̄ntū i se est z fm suam naturā consideratū: vt iudex vult vitam omniū ciuium. Consequēter aūt vult quis illud quod vult oibus cōsideratz: vt iudex latronem mori pside rata ei⁹ malicia. Deinde ponit distinctionē inter verbū z Joannē dicens (nō erat ille lux). i. Joānes nō erat verbū in quē credere deberēt: sz supple missus erat (vt testimoniū phiberet de lumine). i. vbo icarnato. Sed ptra. Videt em̄ q Joānes esset lux: qz dī Mat. v. Vos estis lux mūdi. Rūdeo. videm⁹ in corporalib⁹/q quedā lucent et lucem habent a se: vt sol. quedam vo lucent et lucem habent ab alio: vt luna. Sic etiā in spūalib⁹ vna lux est fontalis z prima lucens quidē sed nō illūinata: que ē de⁹. Alia est secūdaria z participata: que ē in sanctis. Sancti ergo dicunt lux inq̄ntum habent lucē quandā spūalem: gratiā. s. z sapientiā: p quā etiam alios illuminant. Magis ppie tñ dicunt lumināria. i. vasa lucis prentiua. Vñ z Joānes dicit lucerna Joā. v. Erat g lux p participationē: z nō erat lux p essentiā. Origē. Lucerna ardens erat: sed nō p/prio igne succensus: ardebat lucens: sed non ppria luce lucebat: stella matutina erat: sed nō a seipo ppriū lumē accepat: sed gra ipsius quē pcedebat in eo ardebat z fulgebat. Hec ille. (Erat lux vera) Hic agit euāgelista de icarnatione verbi: de quo dicit. (erat lux vera) Est autē sciēdū q verum aliquādo diuidit contra falsum/aliquādo contra figurale/aliquādo contra participatū vel participās. In mūdo g fuit multiplex lux. Prima fuit falsa. s. sciētia mūdana: quā habuerūt phi. de qb⁹ dicit ad Rom. j. Euanuerūt in cogitationib⁹ suis. Alia fuit vera quidē sed figuralis: vt sciētia legis z pphetar. Tertia fuit nō falsa nec figuralis/sed tñ participata/vt sciētia apostolor. Verbum igit est lux vera/nō falsa/nec figuralis/nec partcipata/sed p essentiā suam. Item lux vera. i. purissima z clarissima: que omnia respicit z nullis inficit sordib⁹. Vñ Augusti. ij. li. de liberoarbitrio. Veritatis z sapiētie pulcritudo/nec peragit tpe/nec migrat locis/nec nocte intercipit/nec vmbra includit/nec corporeis sensibus subiacet. Cernentes se murat i melius: a nullo in deteri⁹ cōmutat. Hec ille. Vel vera. i. icōmutabilis: qz (vt dicit Augustin⁹) veritas est incōmutabilis. Id em̄ solum vere est quod icōmutabile est. Est autē norandū/q lux corporalis est pncipiū gnatiōis in istis iferioribus: quia radius solaris fm Diony. ad generationē corpor̄um visibiliū cōfert: z ad vitam ipa mouet/nutrit/z auget. Secundo est principiū manifestatiōis omniū visibiliū. Vñ ad Eph. v. Oīne quod manifestat lumen est. Vñ z omis color in lumine. i. per lumen videtur: fz Phm. Tertio est principium pulcritudinis omniū corpor̄. Pulcritudo enim consistit in debita pportione partium: z claritate decenter suppfusa. i. fm cōuenientē colorem. Sic etiā lux spūalis. i. diuinum verbum vel diuina sapientia: est pncipium z causa quare aliq̄d pduclt: Ps. Omnia in sapientia fecisti. Et quare aliq̄d scitur z manifestat: fm illō Eccī. j. Fons sapientie verbū dei in excelsis. Et quare aliquid decorat. Vnde Dionysi⁹ dicit q de⁹ dicit pulcritudo sicut ois consonantie z claritatis causa (Que illūinat omnē hominē venientē in hunc mundū.) Omne em̄ quod est per participatōez derivat ab eo quod est q

essentiã. sicut omne quod est ignitũ est ignitũ ab aliquo qđ est p essentiã ignis Quia g verbũ est p essentiã lux: oportz q omne lucens lucear p eius pticipatiõnẽ: z ideo verbũ illuminat oẽm hominẽ

Est autẽ notandũ q Origenes hic distinguit triplicem mũdũ. s. supiorem: q est substantiaꝝ imaterialiũ. iferiorem: qui est corporeoꝝ. z mediũ: qui est hoiz ex corpore z spiritu cõpositoꝝ. Potest autẽ addi quartus: qui est peccatorum rebus mundi fruentiũ. de quo quarto dicit. j. Joan. ij. Omne quod in mũdo est: cõcupiscentia carnis est: aut concupiscentia oculoꝝ: aut superbia vite. Itẽ Joan. xvj. Plorabitis et flebitis vos: mũdus autẽ gaudebit. In primũ venit homo p ꝓtemplationẽ vel spiritualẽ generationẽ. In secundũ p generationem carnalem. In tertiũ viuendo fm rõnẽ. In quartũ inherẽdo creature p inordinatum amorẽ. Si ergo quod hic dicit intelligat de aduentu hominis in ꝑmũ mundũ: sic põt dupliciter exponi. Prio sc̃z de homie veniẽte i superiorẽ mũdũ per baptismi regenerationẽ: et talis illuminat nisi ponat obicẽ seu fictus accedat: quia recipit lumẽ gratie. sic exponit Auge. Scõo vt venit in illũ p contemplationẽ: sic p homines intelligunt mentes. Mens em̃ hominis cũ sit principale in eo/ dicit totus homo sicut rex totũ regnũ: z vnũquodq dicit esse illõ quod est principale in eo: fm Phm. ix. Ethicoꝝ. Tũc autẽ precipue mens a dõ illuminat: cum ascendit i ꝓtemplatiõez diuinoꝝ. ij. ad Coꝝ. iij. Nos autẽ reuelata facie zc̃. Si autẽ intelligat de aduentu in secundũ mũdũ/ sic potest exponi tripliciter. Uno modo vt intelligat de illuminatiõe naturali. Omis em̃ hõ qui nascit in h̃ mundo ab eterna luce recipit lumen intellectus vel rõnis. Alio modo vt intelligat đ gratuita. Omnib9 em̃ hominib9 quãtũ in se est/ lumen infundit: cuius nõ omnes illud recipiant. Dionys. ij. eccl'iastice hierar. Semp intellectualib9 vultib9: diuinũ expansũ est lumẽ: nostrũ q est recipere vl nõ recipe de lumine sibi p̃sente. z isto modo exponit Chrys. Tertio itez exponit đ lumine gr̃e: vt sit accommoda distributio: z sit sensus/ q pdicta lux illũinat lumine gratie oẽs q illũinant. Licet g nõ illuminent oẽs: tamẽ null9 illuminat nisi p hoc lumẽ. hec autẽ est expositio Augustini. Et ponit exemplũ đ mgr̃o qui docet omnes pueros ciuitatis: nõ q oẽs pueri doceant: sed quia null9 nisi p ip̃z docet. Si autẽ intelligat đ aduentu hominis in tertiũ mundũ: sic exponit Ambrosi9 de viuentib9 modo humano rõnabiliter sic dicens. Illuminat illum q ad imaginẽ et simlitudinẽ dei viuit: q se hominẽ esse cognoscit vt refugiat eũ rum libidinẽ: feraꝝ rabiem: lepusculoꝝ formidinẽ: vulpiũ fraudem: rapinã luporꝝ. Hec ille. Potest etiã exponi đ aduentu in quartũ mũdũ. s. i peccatũ. Tales em̃ ceci sunt/ indigentes lumine nõ vt intrẽt talẽ mũdũ: sz vt inde exeant et intrẽt ad ꝑmũ mũdũ vl ad scdz vl tertiũ. Ad hos aũt illũinandos spũalr chr̃s venit Mat. ix. Nõ veni vocare iustos: sed pctõres ad penitẽtiã. Sz si q nõ illuminant ex excusabiles sũt: quia ista lux vera est: z illuminat q̃ntũ est de se oẽm hoiez venientẽ in hunc mundũ. Vñ ad maiorẽ expressionẽ inexcusabilitatẽ coꝝ q nõ illuminant/ subiungit (in mundo erat) quasi diceret. Hoc visibile presens eis aderat. Posset em̃ alicꝰ dicere. Si lux illuminas est: quomõ illũinat: cum non oẽs illuminent lumie suo: Et Rñdet q: debuerãt cognoscere (Nã in mũdo) .i. in vniuersitate condita (erat) etiã an incarnatiõez. s. p̃sentia sue diuinitatẽz z potentia: regẽdo z gubernãdo mũdũ nõ vt pars mũdi: sed vt factor ei9. Vñ erat in mũdo vt i speculo suo: vt i domo sua: vt in opere suo (Et mũd9 p ipm factus est) Hoc dicit/ quia ista est causa q in mũdo esset: quia mũd9 p ipsum fact9 est. Semp em̃ causa debet esse ꝓiuncta effectui: si est causa in fieri z in esse. Vl hoc dicit ne aliquis ex hoc q dixerat lucem esse in mũdo crederet q ab eterno in mũdo fuisset. Si ei mũd9 fact9 ẽ post/

cp̃.s.nō fuit/habz initiū: nec erat lux in mūdo ab eterno:sz postcp̃ factꝰ est mōus.

Et notandū est q cū dicit p ipm/ in q̄s possunt notari rōne huiꝰ ꝓpositiōis per.s. Identitas operationis in p̃e t filio. Distinctio ꝑsonalis vtriusq̄. Auctoritas in patre respectu filij. Causa efficiēs in filio respectu facture. t Causa exēplaris. Quāuis autē sic cōgiscere potuerint/ tñ nolucr̃t. Vñ subdit (Et mūdus) mūdi amatores sm Grego. et Augu. t Chrys. vel sm Orige. mūdus .i. hoies mūdū inhabitātes (eū).s. esse creatorē t redēptorē mūdi (nō cognouit) cognitiōe speculatiua. q nec p scripte legis symbola: nec p visibilis creature paradigmata. vt ór Orige. nec cognitiōe ꝓpetica: siue per affectū. q cū deū cognouissent/nō sic deū glorificauer̃t. Ro.j.

Et nota q licz pbi cognouerint deū naturaliter: tñ mysteriū trinitatis ignorauerūt: t cōsequent̄ ybi psonam similit. Quia ergo in mūdo existens per diuinitatē nō est agnitus: ideo (in ꝓpria venit) p assumptōez humanitatis: in ꝓpria inq̄ ꝓmo. i. in mūdū q ab eo factus est: sm Orige. Vel scdo in ꝓpria. i. inter iudeos sm Chrys. qui fuerūt dei ꝑ's peculiaris. t dñr eius ꝓpriꝰ rōne electiōis in Abraā: rōne redēptionis ab egypto: rōne dationis legis: rōne cultus specialis: rōne missionis filij/ q nō est missus nisi ad oues q̄ pierāt domꝰ isr̃l. Matt. xv. Vel tertio in ꝓpria venit. i. in naturam humanā quā condidit t assumpsit (t sui). i. q̄cunq̄ homines q̄ sunt sui creatione (eū nō receperūt) scz in carnis infirmitate miraculis coruscantē: nō receperūt inq̄ per fidē. Vel sui. i. iudei vel eius cōgti eū nō receperūt. sic Dessiā t creatorē suū: imo offenderūt/ eiecer̃t t occiderūt: sm Chrys. Vel non receperunt p amorē: quia grē obicē posuerūt. Quia tñ nō oēs eū repulerūt: sed q̄daz receperunt per fidem t amorē: subdit. (Quotq̄t aūt). i. oēs cuiuscūq̄ sexus/ vel cōditiōis/vel etatis/vel status/vel gentis: q receperūt eum) scz intellectu p fidez: t in affectu p amorē (dedit eis potestatem filios dei fieri) Ad cuius euidentiā sciendū est/ q filij dei dicunt aliq̄ per assimilationē ad deum. Est autē triplex assimilatō spiritualis homis ad deū. Una q̄dem est in p̄senti vita p infusionē gratie: qua adoptamur in dei filios. ad Rom. viij. Nō accepistis spiritū seruitutis iterū in timore ꝛc. Alia est per opez ꝓfectionē. Matth. v. Diligite inimicos vestros; benefacite his qui oderūt vos: vt sitis filij patris vri. Alia est p adoptionē glie que pficit in beatis/ t cp̃tum ad aiam. quia vt ór. j. Joan. iij. Cum apparuerit/ similes ei erimus: quia videbim⁹ eum sicuti est. Et cp̃tum ad corpus: q reformabit corpus humilitatis nostre: ad Phil. iij. Si ergo loquamur de potestate qua q̄s potest fieri dei filius per gliam t pfectas operationes: ista ꝑba non habēt difficultatem: quia ista potestas est gratia qua habita potest facere homo opa meritoria: t consequenter adipisci gliam. Si vero loquamur de filiatione per grām insurgit dubitatio: quia gra non est in nostra ptāte. vt videt loquēdo de potestate nature. loquēdo autē de potestate gre/ tunc hoc ipm quod est habere talem ptātem: scz grām est esse filios dei. Ideo dicendū est q iustificatio p grām que fit in adultis: req̄rit motū liberi arbitrij t ꝓsensus. Et q̄a in ptāte homis est vt ꝓsentiat: ideo dedit eis ptātem filios dei fieri. Dedit igit ptātem suscipiendi grām dupl'r. Uno mō grām ꝑparando t bonis ꝓponendo: sic qui facit libz̄ū/ t ꝓponit homi ad legendū: dicit dare potestatē legendi. Gra aūt est facta p chm̄ t nobis ꝓposita: non q̄si seorsum ab ania chīs grām creauerit/ cū sit accidēs q̄ in substātia creat̄/ vel potiꝰ cōcreat̄: sed quia instituit sacramēta q̄bus gra in nobis fit. Vñ grām fec̄ duplicit. Primo q̄si remouendo phibens: id est placādo deū. sicut medicina facit sanū que remouet malos humores. Et secundo fecit eam in sua causa. id est in sacramentis. Alio modo mouendo liberum arbitrium ad susceptionez gratie. Juxta illud Thren. vlt. Conuerte nos domine ad te t cōuertemur: quasi

dicat ipa oblata bõa recipe nõ valem⁹ nisi ea recipe largiar⁊. Ista ptãs nõ est ipa gra gratũ facies: sed est inuitatio t motio: seu vt ita dicã adiuuatio ad gratiã ꝓsequndã. Ista aũt duo ds oib⁹ qtũ in se fuit exhibuit: sed qdam nõ cõsenserunt motiõi diuine. Vñ dr Chrys. Nõ dic euãgelista: fecit eos filios. qr opus est studio nro. hec ille. (Dedit g eis potestatẽ filios dei fieri) p gram adoptionis: qõ est magne dignitat⁊. j. Joã. iij. Videre qlem charitatẽ t c. Jtẽ magne vtilitat⁊. qr si filij t heredes Rom. viij. (his q credũt in noie ei⁹). i. in re t ꝓtute nois eius qõ est emanuel: fm glo. sez his q credũt chm esse verũ deũ t verũ hoiem. His inqt data est hec potestas. Et ly sint m'ri alij articli qs opz credere: iste tñ spealiter fac filios dei. Cõgruum em est/ vt q credũt filiũ dei esse filium hois. ipi ꝓpter dignitatẽ sue nature quã in illo adorant/ fiant filij dei p adoptionẽ (Qui nõ ex sanguinib⁹) supplnati sũt filij p adoptõz. Grãmatice aũt loquẽdo sanguis nõ habz pl'e: pl'r tñ dr ex sanguinib⁹: qr in greco hz plurale. vl' vt oñdat q plura ꝓcurrũt materialit'. i. plura materialia ad generatõez carnalem. Cõcurrit em semen maris t femine: licz vnũ hoz fm phm sit materia ex qua fit ples. s. femẽ/ vel sanguis femie. aliud aũt licz sit qd materiale: tñ non est causa materialis: sed est causa efficiens ꝓxima. Vñ in hoc oñdit q spũalis filiatio nõ cõuenit cũ carnali in causa materiali: t ꝓñter q neqt i causa motiua: cuz subtũgit (neqt ex voluntate carnis) Augu. i. ex ꝓcupia m'lieris/ q dz esse subiecta hoi sicut caro spũi. Et dr m'lier fm aliqs caro. qr ꝓma. i. Eua formata est de carne. i. costa viri. Gẽ. ij. (neqt ex voluntate viri) id est ex ꝓcupiscẽtia virili. Orige. Carnis noie femineũ: viri ꝓ noie masculinũ designat habituz. Hec ille. Appetitũ ꝓ oẽm vocat voluntatẽ. Et isto modo ꝓcupia carnalis ram viri qt m'lieris dr voluntas. Scus Tho. aũt vult q p hec duo intelligant duo ꝓncipia seu motiua ad carnalẽ generatõem q sũt voluntas: t appetitus sensitiu⁹: qꝝ ꝓmus dicit voluntas viri: t scds voluntas carnis. Sz siue sic/ siue sic intelligat ex his non nascimur filij dei: sic neqt ex sanguib⁹ (sed ex deo nati sũt) id est diuina ꝓtute t opatione. Vñ ly ex: nõ dr cãm materialẽ: sed effectiuã q est diuina ꝓtus: filios dei efficiens p baptismi regnationẽ: p fidẽ t interna inspiratõez Vl' dr cãm explarẽ. i. ex deo nati sunt ꝓlimitationez. Sic em dic. s. Tho. ly a: denotat sp cãm mouentẽ: t intellige qñ dr cãm t non ꝓncipiũ motus. Et ly de: causam materialẽ t effectiuã cõsubstantialem. quia dicim⁹ fabrũ facere culrel lum de ferro: t pẽm generare filiũ de sepo: quia scz aliqd sui cõcurrit aliquo modo ad generationẽ filij. Et ly ex: causam materialẽ t efficientẽ: nõ tñ cõsubstantialẽ: t intellige necessario: licz aliquãdo eam possit dicere: quia filius dei ꝓcessit ex patre. Jgitur viri iusti dicunt nati ex deo: quia nõ sunt de ei⁹ substantia: sed de filio naturali singulariter dicit q de deo pẽ natus est. Hec ex illo. Ex his aũt ꝓbis arguunt heretici q generatio hoim nõ sit a deo. Naz vt dicunt filij dei non nascunt ex sanguinib⁹ id est ex cõmixtiõe seminis masculis et femine: sed filij diaboli. Ex hoc autẽ arguunt cõsequent q matrimoniũ sit peccatũ. Sed error iste ꝓcedit ex manifesta ignorãtia. Joanes em fac distinctionem inf carnalẽ t spũalem gnatõem: vt ꝓferat spũalez carnali: quia spũalis est a deo imediate. carnalis ꝓ mediante cõmixtione maris et femine. Nõ aũt sequit q si sint iste due gnationes alio et alio modo: q ꝓpt hoc vna sit a deo/ alia a diabolo: sz vtraqt est a deo: vna tñ immediate: alia ꝓ mediatib⁹ causis secũdis: id est masculo et femina/ qb⁹ deus ꝓtutem generatiuã cõrulit t cõseruat. (Et ꝓbum caro factuz est) Hic docet euangelista modũ quo ꝓbum venit ad nos ne alicui incredibile videret q nos sum⁹ effecti filij dei. Origen. Si filius dei factus est homo: quid mirũ si homo credẽs in filiũ dei: filius dei futurus sit: hec ille. Verbũ ergo qõ erat in ꝑncipio apũ deũ (caro factuz est) id est ve

rus hō p synecdochen. Vl̄ fm Chrys. sublūgit(z ꝓbū caro factū ē) Ad ostendendū q ꝓbū hz ptātez:vt det ptātē filios dei fieri. Sz cū ꝓbū dei sit icōmutabile:quō pōt i eo intelligi aliq factio vt dicat caro factū? Ad h̄ dī q oz sic exponi l̄ra(Verbū caro factū ē).i.factū ē vt ꝓbū esset caro seu ver? hō:nō q dei tas sit ꝙuersa i hūanitatē/vl̄ ecōuerso. sed q: deitas traxit hūanitatē ad ptici? patōez sui ee.sic z aia trahit cibū dādo ei esse hūanū.inq̄ntū fac cibū esse carnē hūanā vl̄ os z hmōi. Vel ꝓbū caro factū ē.i.carnē assūpsit:sic hō fit alb? p assūptionē albedinis. Verbū igit caro factū ē:nō p sui mutatiōez:sz p carnis assūptiōez:ita q factio nō ponit mutatiōnē i ꝓbo:sz i assūpta natura. Dī em verbū caro factū p vnionē ad carnem:vnio aūt ē relatio:relatiōes ār nouit dicere ō deo p respectū ad creaturas nō iportāt mutatiōez ex pte dei:sz ex pte creature nouo mō se habēt? ad deū (Et habitauit i nob).i.i nr̄a natura:fm Chrys.z Hila. sz habitu inuēt? vt hō. Et in h̄ notant tria. Prio diuie z hūane nature distinctio p h̄ q dī:in nob.i.in natura nostra. Nō em inhabitat aliqd distinguit ab eo qō inhabitat. Sz ꝓbū diuinū inhabitat naturā hūanā in chō:qz i ipo habitat plenitudo diuinitat? corpal?r. Col. ij. Ergo natura ꝓbi fm quā ē de? remaner distincta a natura hūana/fm quā ē hō. Et i h̄ excludit error eox q dixerūt aliqd ꝓbi i carnē ꝙuersū.sic cū ex farina fit panis:z ꝑ nat? ex ꝓtrarijs. Et eox q dixerūt naturā diuinā ꝙuersam i hūanā. Cū em credam? aiam icorpoream vniri corpi:ita q ex his fiat vere vnū:sil̄r credere dēm? subaz diuinā incorpoream vniri aie z carni:ita q ex tribz substātijs.s. deitate:aia z carne sit vn? chr̄s.ita tū q nec natura ē trat? ꝙusa sit i aiaz vl̄ carnē:nec ecōuerso.sic nec caro i aiaz/ne q aia i carnē ꝙuertit/nec ambe nature itelligant ꝓstituere vnū tertiū distinctū ab vtrisq. Scdo notat natur diuie ipmutatio i h̄ qō dī.z habitauit:nō habitare dī ab habitu fm aliquos. Vel saltē ista habitatio fuit p h̄ q habitu est chr̄s inuent? vt hō. Habit? aūt nō mutat habentē/sz ecōuerso.q: habitus ptcipat formā habēt?:z nō ecōuerso. Sic q̄dāmō se habet i ista trā vnioe ꝓbi ad naturā hūanā. Ipsa em eleuat ad particlpādū esse suppositi efni. ipso tñ supposito impmutabili pmanēte oino. Tertio notat vnionis ꝓpetuitas. per hoc q dicitur:et habitauit i nobis. Semp em(vt dic Chrys.) fil? dei h̄ tabernaculū ihabitauit:ita q etiā i mortis triduo ꝓbū diuinū remansit psonaliter vnitū illi trē aie existēti in inferno: z etiā corpi iacenti i sepulcro. Nūq̄ ei ꝓbū diuinū reliq̄t substātiales ptes humane nature. Vel habitauit i nob.i.inter nos apl̄os familiarit ꝙsat? ē. Nō lō addit:vt oñdat mirabil̄ ꝓdescēsio filij dei ad hoies int̄ q̄s sic cōuersat? ē:vt videret q̄si vn? ex il̄l. Nō solū ei voluit hoib? assimilari i natura:sz etiā i ꝙversatiōe z familiari ꝙuictu:absq tñ pct̄o: vt sic hoies dulcedie sue ꝙuersatōis alliceret ad ipm ꝙuerterent. Est aūt circa illā sniaz:ꝓbū caro factū ē:multiplex error deuitād? fm diuias scripturas:z fidē chr̄iane sniam. Prim? ē Eutices:q dixit diuinā z hūanā naturā sic i chō fusse cōmixtas:vt eadē fuerit natura dei z hois:acsi ꝓbū vel aliqd ei? sit ꝙuersū in carnē z non assūpserit carnē. ☞ illud. Ego de? z nō mutor. Malach. iij. Secund? ē Arrij.q lz nō crediderit ꝓbū in carnē mutatū/sz q eā assumpserit:tñ dixit q assūpsit carnē sine aīa/loco cuius aie ibi erat ꝓbū. ☞ illō Mat. xxvj. Tristis ē aia mea z̄c. Terti? fuit Appollinar?:q dixit ꝓbū assūpsisse aiam/sz sensitiuā tm̄ z nō intellectiuā:loco cui? i corpe chr̄i dixit cē ꝓbū. ☞ illō Mat. vij. Dirat? ē Jesus:qō nec i diuitate/nec in aia sensitiua/nec i carne chr̄i inuenirī pōt. Jste aliq̄n secut? est Arriū:sed ꝑ auctoritates coact? ē i chō aliquā aiaz ponere. Preterea chr̄s sz hoc nō assumpsisset carnē humanā:quia sicut nō est caro sine aia:ita nō est caro humana sine aia hūana:q̄ est intellectiua. Sz contra. Si ei assumpsit carnē sic animatā: quare euāgelista mētionē nō fac ō aui?

ma intellectiua. Rñdeo. Prio vt ostẽderet ꝑfectam incarnatiõis: ꝫ manicheos dicẽtes ꝓbũ assumpsisse carnẽ phãtasti cam tm̃. Scõo vt ostẽderet maiorẽ dignatiõez dei assumẽtis nõ solũ aiaz rõnalẽ: vez̃ etiã carnem magis a se distantẽ. Tertio vt ostẽderet ꝑfectã z singlãritatẽ vniõis i chr̃o: qz i alijs hoib9 vnit de9 ẽntũ ad aiam solũ. Quarto vt oñderet ꝛgruitatẽ hũane reparatiõis: qz hõ per carnẽ infirmabat. Sed ꝛtra. Si ꝓbus caro factũ est: qz carnẽ assũpsit: gre ñ dixit euãgelista: ꝓbũ carnẽ assũpsit: ꝫ caro factũ est? Rñdeo. vt excluderet errorem Nestorij dicẽtis in chr̃o fuisse duas psonas/z duos filios. s. dei z ꝑgnis: q̃ si eẽt ver9: falsa essẽt hec/ de9 fact9 ẽ hõ: qz ipossibile est alterz duoꝝ singulariũ diuersoꝝ suppositoꝝ predicari de altero. ziste ẽ ẽrt9 erroz. Quint9 ẽ eoz q̃ nõ intelligẽtes modũ incarnatiõis dixerũt in chr̃o esse q̃dẽ vnam psonã dei et hois: ꝫ duas hypostases vel duo suppolita: scz hũanũ ꝛpale: z diuinũ eternũ. Sz fm h̃ ista saluari nõ põt/ de9 fact9 est homo: z ista/ homo fact9 est de9. z ꝛ hec opinio dãnata est i ẽncio ꝛcilio (Et vidim9 ꝛc) Hic euãgelista declarat diuini ꝓpi excellentiã. Cõtinuat aũt ista ps ad ꝑcedẽtia: vt sit ẽntũ argumẽtũ ei9 gõ dixerat ꝓbũ caro factũ est. q. d. Ex h̃ scio q ꝓbũ dei est incarnatũ: qz ego et alij apli (vidim9 gliam ei9.) Cũ aũt de q̃busdã hoib9 legit q apparuerũt gliosi: sicut ꝛ Moyse dr̃ Exo. xxxiij. q facta est facies ei9 splendida: vel cornuta fm aliam lr̃am. posset aliqs dicere q ex h̃ non põt argui q ille hõ fuerit fili9 dei/ qz gliosꝰ apparuit. ideo subiũgit (gliam ẽntũ vnigeniti a patre.) acsi dicat. Glia ei9 non est quasi angeli/ vl̃ moysi/ vel helie/ aut helisei/ sed ẽntũ vnigeniti. Est aũt hec gloria quã Joãnes z q̃dã alij viderũt/ singulariz: z ei9 singlaritas ꝓsistit in ẽrtuor. Prio i testimonio ꝑris: qñ reddidit filio in mõte thabor. Scõo i subiectiõe angeloꝝ ministrãtiũ sibi Matt. iiij. cũ ante hoies essent angelis subiecti. Tertio in obediẽtia toti9 nature. Mat. ix. Qualis est hic: q̃a mare z venti obediunt ei. Quarto in mõ docendi vel operandi: qz loquebat ranq̃ dñs z ꝑtãtem habẽs Mat. v. Ego aũt dico vob̃. Vñ in fine illi9 ſmõis dicit q erat docens: ẽntẽ potestatẽ habens. Moyses aũt docebat. Hec dicit dñs. Jrẽ faciebat ꝑpa auctoritate miracula. Mat. j. Quenã est hec noua doctrina: qz spiritib9 ꝛc. Illud aũt quasi nõ est nota similitudis: ꝫ est expressiuũ veritatis. Et est simile ꝫ Chrys. sic ſt aliqs vidisset regẽ cũ multiplici gl̃ia incedentẽ: z interrogar9 ab aliquo qualis rex fuisset: volens totam illam multiplicez gl̃iam breuiter apire vnicõ sermõe explicaret dicẽs/ q ipe incederet sicut rex. i. sic regem decebat. Et ita fac euãgelista de ꝓbo icarnato: qz nõ valens gloriã ei9 exprimere/ dicit eam fuisse quasi vnigeniti. i. sicut decebat vnigenitũ dei patrz. acsi dicat. Jta vidim9 eum sanctitate vite pollere: doctrina ꝑclara z gl̃iosissimis miracul̃ coruscare: sic in morte sua celestia corpora imutare: sic victoriose a mortuis resurgere: sic mirabil̃r ad celos/ imo sup oẽs celos sua ꝓprie ꝓscendere: sic denicq in missiõe spũscti corda discipuloꝝ plena cognitiõe ꝑfectz illustrare: vt null9 nisi insan9 dubitare possit ipm fuisse verũ filiũ dei: vnigenitũ singlãri et ineffabili gl̃ia decoratũ. Vñ subiungit adhuc de ista gl̃ia dicẽs. Vidim9 inquã (Plenuz gr̃e z ꝑitatis) Qd exponit ꝓmo fm Bedam z Orig. sic. Plenũ gr̃e ẽntũ ad humanitatẽ: z ꝑitatis ẽntũ ad diuinitatẽ que est ꝑtas ꝓma z purissima. Scõo sic. Plenũ gratie in affectu: qz plenus fuit charismatib9 spũscti z ꝑitatis intellectu: quia ab instanti conceptionis habuit scientiã diuinã z humanã. Vl̃ plenũ gratie: vt remittat peccata: z veritatis: vt impleat ꝓmissa. Vel possunt q̃rto fm scm̃ Thomã ista verba exponi ꝺ vniõe psonali humane nature ad verbũ diuinum: z de pfectiõe anime eius z de capitis dignitate. Quantũ em̃ ad primum fuit christus plenus gratia. Ad h̃ enim alicui datur gratia: vt vniatur ꝺo per illam. Tunc ergo aliquis gratia plen9 est: quãdo perfectissime deo vni-

Domica infra octa. natiui.

tur. In chō aūt est vnita hūana natu/ra nature diuine /in vnitate suppositi. Et ideo est inuenire ibi plenā t pfectā ⁊iunctionez ad deū: quia talis fuit illa vnio vt oīes act⁹ tam diuine/ q̄ humane nature essent act⁹ eiusdem suppositi seu psone. Fuit ergo plen⁹ gra chīs fm humanitatē: in q̄tum hoc singulare donum ex mera gra nullis p̄cedentib⁹ meritis accepit: vt esset illa natura in pso/na filij dei. Fuit etiā plen⁹ ⁊itate: quia humana natura in chō puenit ad ipaz ⁊itatez diuinā rōne vnionis psonalis: ita vt veracit dicaī q̄ ille hō demōstrato chō est ⁊itas pma. Ūñ dr Col. ij. q̄ in ipo sūt oīes thesauri sapiētie t scientie dei abscōditi. Nec mirum: q̄ vt ibi post pauca subdit: In ipo habitat ple/nitudo diuinitat⁹ corporaliter. Et sūr q̄tum ad scām fuit plen⁹ gra in q̄tū eius aia fuit plena gra: q̄ oia dona spūssancti accepit absq̄ mēsura. Joan. iij. Nō em ad mensurā dat deus spiritū. Et sic dr Aug. sicut in singulis mēbris corpis est vnus sensus cōmunis. i. tactus. in capite ⁊o sunt oēs: ita oīes gre sunt supabundant in capite chō: in alijs ⁊o sanctis est vnū cōmune donū gratuitū: id est charitas: in diuersis ⁊o sunt diuersa specialia: q̄ diuisiones gratiaz sunt ad Cor. xij. Et plenus ⁊itate: q̄ ei aia p̄clara aliō modo cognouit oēm ve/ritatē t scientiā. Unde dixit ei Petrus Domine/tu oīa scis. Joā. vlt. Quā/tum etiā ad tertiū in q̄tū fec gram iustificādo/ qō lex non poterat: vt patz Rom. viij. Fecit etiā ⁊itatez in q̄tū figuras legis/ t patrū p̄missiones adimpleuit. Ite dicit plenus gratia: q̄ ipam in nos gr̄iosis ⁊bis effudit dicēdo Ac. xxj. Omis ppl's manicabat. i. mane venire studebat ꝛc. Et ⁊itate: quia nō docebat in figuris t enigmate: sed in veritate t aperte. Hec ex illo.

Dñica infra octauā natiuitatis dñi. Text⁹ euāgelij. Lu. ij. c.

GRant ioseph et Maria mater iesu mirantes su/per his que dicebañ de illo. Et bñdixit illis sy/meon: t dixit ad Mariā mrem eius. Ecce positus est hic in ru/inam et in resurrectionez mul/torū in Israel: et in signū cui cō/tradicet. Et tuāiplius āiam per/transibit gladius: vt reuelent/ ex multis cordib⁹ cogitatiōes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel: de tribu Aser. Hec p/cesserat in diebus multis: t vi/xerat cum viro suo annis septē/ a virginitate sua. Et hec vidua erat vsq̄ ad ānos octogintaq̄/tuor: que nō discedebat de tem/plo ieunijs t obsecrationibus/ seruiens nocte ac die. Et hec ipa/ hora supueniens confitebañ do/mino: et loquebañ de illo oīib⁹/ qui expectabāt redēptionē Isrl. Et vt perfecerunt oīa fm le/gem domini: reuersi sunt in ga/lileam in ciuitatem suam Naza/reth. Puer aūt crescebat t con/fortabañ plenus sapientia. Et/ gratia dei erat cū illo.

GRant ioseph t ma/ria mater Jesu mirantes ꝛc. Luc. ij. In p̄senti euangelio/ tanguñ tria puncta: que sūt/ Prenūciatio: cōfirmatio: t cōsūmatio. Quantū ad pmū sciendū est: q̄ ea que in p̄senti euāgelio dicunt/ sūt facta quādo beata ⁊go post partū t cir/cūcisionem filij in die sue purificatiōis iuit ad templū: t Symeon accepit chri/stum in brachijs suis. Dicit ergo sctus Lucas (Erāt pater eius t mat) Scie/dum est fm Bedā q̄ Joseph dictus est/ pater chī: quia ita erat cōmunis fama non quia vere ita esset. fm Aug. ⁊o in li. de bono cōiug. hoc ideo est: q̄ ioseph

ꝑe fuit marit⁹ ꝛ ꝙiux marie:vñ mlt̃ome
li⁹ potuit dici pr̃ chr̃i:q̃ si filiꝰ aliunde
adoptasset (mirãtes sup his q̃ dicebãt
de illo) nõ solũ a symeone.vt ỏt s. Lu/
cas: sz et ab ãgelo ꝛ a pastoribꝫ sz Ori.
ꝛ a magz fm alios. Est aut̃ h vna magn̄
du bitatio:quõ. s. maria poss mirari ỏ
his q̃ audiebat? Nã admiratio est de re
insolita ꝛ icognita.vrz. j. Decaph. Bte
ãt ꝑgini ista nõ erãt incognita: qz erat
edocta ꝑ angelũ ꝛ ꝑ ꝓphias:q̃s fm Ori
ge.ꝛ Amb.ꝛ legebat ꝛ intelligebat. Jõ
cõsequẽs est q̃ mirari nõ potuerit. Ad
h̃ rñdet ꝑmo/q̃ lz b. ꝑgo sciret talia:ꝑ
tñ potuit admirari. qz qõ vno mõ scit/
alio mõ ignorat:sic chr̃s mlta sciebat ꝑ
inspiratõez:q̃ ig̃rabat ꝑ experientiã. Vñ
qñ illa exp̃iebat vere mirabat fz q̃sdã.
vt habet Mat.viij.de fide Ceturiõis
Alio mõ rñdet sctus Tho.fm ea q̃ dic̃
sup Matth.s.q̃ duplex est admiratio.
Una q̃ est ex ignorãtia: ꝛ ista nõ cadit
in habẽte sciam. Alia q̃ est ex magnitu/
dine rei: vt cũ aliq̃d ꝑ imaginatõz app̃
hendit:vt magnũ.et ista ꝙuenit habẽti
noticiã rei de q̃ mirat. Possum⁹ etiam
dicere ꝛtio q̃ b. ꝑgo lz sciret q̃dã eorũ q̃
de chr̃o dicebãt:tñ etiã q̃dã ig̃rabat:vt
puta q̃ eẽt symeoni revelat⁹ ꝛ ꝓmissus:
ꝛ de his mirabat. Post q̃ aut̃ symeon
de cui⁹ ꝓbis isti mirabant / cõpleverat
q̃ de eo dicere voluit:ꝙuertit se ad Jo/
seph ꝛ mariã.vñ ỏr (Et bñdixit illis sy
meon) Sz ꝓtra.qz brã ꝑgo maior erat
symeõe.g̃ ab eo nõ debuit bñdici. Ad
h̃ rñdet ꝑmo/q̃ symeon fuit minor brã
maria q̃tũ ad meritũ:sed nõ q̃tum ad
effectũ:qz erat sacdos fm alios. Vl̃ di
co scdo q̃ bñdicere fm sctm̃ Thom̃.sup
epl̃a.ad Ro.xij.ꝙtingit tripl̃r.s.enũcia
tive laudãdo ꝛ magnificãdo:ꝛ impati/
ve causando bonitatẽ ꝛ scitatẽ in eo q̃
bñdicit:ꝛ optative.s.optãdo ꝛ deside/
rando bona. Bñdicere g̃ impative cõ/
venit soli deo ꝑ auctem:cui⁹ bñdictio ẽ
causa bonitatiz ꝛ scitatiz in nob. ꝑ mini
steriũ aũt ꝙuenit ministris dei. sed bñdi/
cere laudãdo aut optãdo ꝙuenit cuili/
bet. Vñ ꝛ s. Lucas dic̃ q̃ symeon bñdi
xit deũ.s.laudãdo ꝛ optãdo gl̃iaz ei. vl̃
in el⁹ gl̃ia ꝙplacẽdo. Si g̃ bñdixit deũ:
q̃d miꝝ si ista mõ bñdixit marie ꝛ Jo/
seph:Sz qz bñdictio ista fuit cois ma/
rie ꝛ ioseph:eo q̃ p̃ eẽt putatiu⁹. Jdeo
fm Aug.li.de bono ꝙiug.vt oñdat eã
gelista q̃ soli⁹ marie sit filiꝰ ꝓpriꝰ dñs
ihesus chr̃s:subiũgit (Et dixit ad mariã
m̃rem ei⁹. Ecce posi.est h in rui.ꝛ in re
surre. mul.in isr̃l.) Jsta aũt mlt̃iplicit
exponunt. Primo vt recitat Orige.vt
dicat saluator in ruinã infidelitiũ:ꝛ in re
surrectionẽ credẽtiũ apl̃oꝝ ꝛ aliox esse
a deo posit⁹:qõ fm Grec. intelligendũ
est q̃tũ ad tpales destructõez ꝛ dispsio
nẽ iudeox:ꝛ etiã q̃tũ ad spũale salutẽ:
a q̃ ceciderũt ꝑ infidelitatẽ. Sz ꝙistum
modũ exponẽdi arguit sic. Nã si salua
tor posit⁹ est in spũalẽ ruinã essz cã pcti
qõ est falsuz. Ad hoc g̃ rñdet Greg. ni/
se. di. Diuinũ ꝓpositũ est salus ꝛ deifi/
catio singulox:casus aũt subleuatio cõ
sistit in pluriũ intẽtione credentiũ ꝛ nõ
credentiũ. Hec ille. Et intendit dicere
q̃ aliq̃ ex bonis opibꝰ chr̃i sũpserũt oc/
casionẽ ruine:cũ tñ chr̃us intẽderet eos
exaltare q̃tũ in se erat. vñ Chrys. ỏt/q̃
saluator erat sic̃ lux q̃ delectat oculos sa
nos ꝛ infirmos ꝙturbat. Nõ g̃ fuit cau/
sa ruine/sed occasio:nõ data/sed assum
pta. Jtẽ arguit sic. Si chr̃s est posit⁹ in
beat potiꝰ petā ꝙsiteri q̄ merita iusta: exēplo phariſei ⁊ publicani Lu.xviij.tñ ad ſe excitādū i maloꝝ ſeruoꝝ iterdū expedit ēt merita coꝝ deo recitare: ſic Ezechias Eſa.xxxviij. dixit. Obſecro dñe memēto ⁊c. Jgit dr (Ego te clarifi caui) docēdo i gr̄ates ꝺ te fz Hila. (ſup terrā) qz i celo deꝰ notꝰ erat: vt idē dic. Cōtra: qz ſup dixit: vt filiꝰ tuꝰ clarificz te. Ad h̄ dico q̄ filiꝰ clarificauerat pa trē ꝓſonal'r: ⁊ clarificaturꝰ erat apl'os ꝙ orbē mittrēdo. Vl' fz Aug. loq'k ꝙ modū p̄terlti (Opꝰ ꝙſumaui qꝺ dediſti mihi vt facerē ꝙ redēptiōe ⁊ illūinatiōe mōi Sed ꝛ: qz adhuc reſtabat paſſio. Ad h̄ dr q̄ ſaluator dic ſe paſſiōez ꝙſumaſſe. Prio fm Aug. qz ſe eā ꝙſūmaturꝰ cer tiſſime nouerat. Scꝺo fm Chryſ. quia ex pte ſua oia fecerat. ⁊ intēdit Chryſ. q̄ chriſtꝰ lā nō hēbat facere ſz pati. Ter tio fm cundē: qz maloꝝ ps opis erat fa cta: dr totū factū. Quarto fm eūdē: qa lā aderat paſſio ⁊ iciplebat: p̄ncipiū ā dr dimidiū totl'. xiij. Poſ. (Et nūc cla rifica me tu pr̄) fm hūanitatē: illā gloꝛi ficādo (apꝺ remetipm). i. i patria ſiue i gl'ia. Chriſtus em̄ erat adhuc aliq̄ mō via toꝝ. Vl' ꝺr apꝺ remetipm: qz coꝝpis ſui gl'ia quā poſtulabat: huic mūdo nō ē pa tēs (claritate quā habui p̄us q̄ mūdus fieret apꝺ te). i. p ꝓtutē diuinitatꝫ fz Hi la. a q̄ hūanitas gl'ificata ē: ⁊ quā filius eternalit habuit apꝺ pr̄z. Vl' fm Aug. p claritatē creatā: quā filiꝰ ab eterno fm hūanā naturā habuit: apud pr̄z p diui nā p̄deſtinatōez. Optat g̃ ſibi dari glo riā coꝝpis i reſurrectōe ſibi ex p̄deſtina tiōe debitā. Quidā aūt i his ꝓbis itel lexerūt q̄ hūanitas a ꝓbo ſuſcepta qñ q̄ ꝙuertak in ꝓbū ⁊ cōmurek i deū. Sz ꝺ hos arguit ſ. Tho. qz ipa hūanitas fz h̄ annihilarek. Nā oē qꝺ in aliqꝺ ꝙuer tik: vl' ipm annihilak: vel illꝺ i qꝺ ꝙuer tik augek: ꝓbū aūt diuinū augeri ñ pr. Hec ille. Sz ꝺ: qz fm cū i. iij. p. ⁊ in. iij pants ꝙuertik in coꝝpꝰ chr̄i: ⁊ tñ neq̄ il lud coꝝpꝰ augek neq̄ pants fm cū an nihilak. Dico q̄ h̄ loq'k de annihilatiōe large: vt dicak annihilari oē cuiꝰ nihil manet. q̄uis manear id i qꝺ ꝙuertitur. Prope aūt annihilak cuiꝰ nihil manet: ⁊ qꝺ i nihil ꝙuertik. ⁊ ſic loq'k i. iij. pte ⁊ iij. nō aūt h̄. qz ſufficiebat ei ſumere an nihilatiōez large. Quidā tñ dicūt po ſtillā ſup Joā. nō ē eiꝰ torā: vt etiā ptz in fine eiꝰ: qz fuit collecta p frēm Rayn naldū diſcipulū ſcti Tho. ſub eodē ſcrō Tho. legēte. Mānifeſtat aūt ꝙr q̄ opꝰ ꝙſūmauerit dicēs (Manifeſtaui nomē tuū) p̄dicando ⁊ ꝙerſando (homib⁹ q̄s dediſti mihi). i. apl'is: qb⁹ ſpecialiꝰ ſecre ta dei reuelauit q̄ alijs (de mōo). i. de mūdana ꝙerſatiōe: ex q̄ ſt vocati. Vo lēs ā t p ipis chr̄is oꝛare adduē mltas rō nes q̄ deberet p eis oꝛare. Pria ē: quia erat eoꝝ mgr̄: cuiꝰ erat p diſcipl'is zela re. Dic g̃ (Tui erāt) fm diuinitatē: vt dic. Aug. ⁊ intellige q̄ ad p̄deſtinatiōnē (et mihi eos dediſti) fm hūanitatē: vt idez dic: nō aūt fm diuinitatē: qz nihil habu it pr̄ qꝺ nō habuerit filiꝰ ſemp lz a pte. Sūt aūt dati chr̄o hoi p cōuerſionē ad fidē eiꝰ ⁊ vocatiōem ad apl'atū: cū pus fuiſſent dei p p̄deſtinatiōez: ⁊ non chr̄i: vt hō ē. Sedam rōnē tangit: cū ſubdik. (Et fmonē tuū ſuauerūt). i. meipz fm Bedā: q̄ ſum ꝓbū tuū: qꝺ memorie cō mēdarūt. Vel fmonē tuū. i. p̄cepta tua fm eūdē Bedā q̄ ſuauerī credēdo i me Vl' ſubdik (Nūc coḡuerūt) Ut ꝺr Be da. ādā dicūr q̄ iſte ſit textꝰ: nūc coḡui: ſed h̄ nō hz rōnē. Quō em̄ inꝺt poterat ignorare filiꝰ q̄ ſūt p̄z (Quia oia q̄ de diſti mihi) rā natura q̄ doctria fm Be dā (abs te ſūt). ſ. p̄cedētia. Accepit em̄ oia filiꝰ a patre inq̄ntū hō ⁊ inq̄ntū ꝺs (Quia ꝓba q̄ dediſti mihi dedi eis) do cendo eos (⁊ ipi acceperūt). i. irellexerī atq̄ tenuerūt: fm Aug. Tūc em̄ vt ait ꝓbū accipik: cū mēte p̄cipik (Et coḡue rūt vere) p fidē (qz a te exiui) p incarna tionē (⁊ credideꝛt) ſubaudi vere fz Aut gu. i. firmiter q̄ſi tam nō ad ꝓpria redi turi. Loquik em̄ de eis fm id qꝺ futuri erāt fm eūdē (qz tu me miſiſti) qꝺ idē ē fm Aug. qꝺ a te exiui. Sz ꝺ: nā fm Hi la. exire p̄tinet ad eternā generatōez: mit ti ꝓ ad incarnationē: ergo nō ſūt idem Soluit aūt ſ. Tho. qz ſi loq̄mur ꝺ chr̄o q̄ntū ad diuinitatē q̄ntū ad filium dei

aliud est exire: aliō mittī: sꝫ fm hūanitatē ḡntū ad filiū hoīs idē sūt vt ōt Aug. Hec ille. Jn hac ꝓte est mozale documētū: q̄ q̄ ꝑpt deū se hūlliauit ꝛ explent opa q̄ deꝰ eis iniūxit: ꝓducunt ad clarificationē. i. glīficatiōez q̄ apō deū est. De h̄ ait Apl's Ro. viij. Nō st ꝯdigne passiōes huiꝰ ꝛpis ad futurā glīaz q̄ revelabīt in nob. Quātū ad tertiū posit̄is rōnib⁹ oꝛādi: ponit ipa discipl'oꝝ cōfirmatio quā chr̄s eis pertuit: cū dicit: (ego ꝓ eis rogo) Nō exp̄mit āt q̄d ꝓ eis petat. Et q̄ vr ōt s. Tho. iij. ꝓte. q. xxj. ois oꝛo chr̄i q̄ rōne deliberata fuit: exaudita est. Dicēdū videt q̄ pertuit ea q̄ apl'is dedit deꝰ: pura q̄ post passiōez n̄ remanerēt in infidelitate ꝛ hmōi. (Nō ꝓ mūdo). i. hoīb⁹ carnalit̄ viuētib⁹ sꝫ Augu. q̄ nō sūt i ea fortē gr̄a vt ab illo eligant ex mōdo. Videt aūt Aug. velle vt ꝓ mūdū itelligāt p̄scīti q̄ eligēdi n̄ erāt Pro talib⁹ em̄ nō ē oꝛādū et cui cōstant tales eē p̄scitos (Sꝫ p his q̄s ōdisti mihi q̄: tui sūt) fm etnā p̄destinatōez. Vl' alit. Rogo ꝓ eis: vt. s. in sua volūtate ꝓsperenť q̄ boa ē: nō ꝓ mōdo: q̄ eoꝝ voluntas est mala: ꝛ mihi aduersa. Ne ꝯo q̄s existimet chr̄m nouū hr̄e p̄ncipiū: ꝛ noluiter istos a deo acceptisse inq̄ntū deus erat: subiūgit (Et mea oia tua sūt: et tua mea sūt) q̄ō fm Aug. dr̄: q̄ ipe filius deꝰ est p̄ri eq̄lis. Vel fm alios ī dr̄: q̄a ꝑt vnionē in p̄sona fit idiomatū cōicatio: ita q̄ ea q̄ sūt diuinitatꝫ attribuunť hoī: ꝛ q̄ hoīs deo. Dicimꝰ em̄ q̄ hō creauit stellas: ꝛ q̄ deꝰ ē crucifixꝰ. Vide de h̄ sctm̄ Tho. iij. ꝓ. q. xv. (Et clarificatꝰ sum i eis). s. apl'is inq̄ntū. s. credebāt in chr̄m: fm Chrys. eiꝰ glīaz partim cognoscētes (Et iam nō sum i mōdo). i. in ꝓtio sū vt a mūdo recedā. Vñ subdit (ꝛ hi i mūdo sūt: ꝛ ego ad te venio) q̄ō ē q̄dāmō n̄ esse in mūdo a q̄ recedo. q̄si dicerer. Cū essem cū eis ego seruabā eos i nomie tuo: nūc aūt tibi eos recōmēdo. Et in h̄ est mozale documētū: q̄ntā curā chr̄s de salute fideliū habeat: ꝛ oꝛr̄ q̄ntā nos hr̄e debeamꝰ. Vñ amoꝛē suū materno comparat ꝛ p̄fert Esa. lxix. Nunq̄d pōt oblīuisci mr̄ infantē suū: vt nō miserear filio vteri sui. Etsi illa oblita fuerit: ego nūq̄ oblīuiscar tui. Est aūt sciēdū q̄ h̄ cuāgeliū legit̄ in die ꝑginis: q̄ ei illa ꝑba chr̄i q̄uenīūt: oīa mea tua sūt: vt sit vox dei ad ꝑginē. Deꝰ em̄ ei cōmisit oia officia sua. Nā pater fecē eā thesauraria suā: cōmittēdo ei thesauꝝ sue potē tie. Nā alīq̄s ē potēs i curia alicuiꝰ vel rōne parētele: vl' rōne gr̄e quā hz apud dñm: vl' rōne obsequij exhibiti domino Brā aūt ꝑgo ē mater regꝫ: sic Bersabee Salomonis. cui ipe dixit: pete mat mi. iij Reg. ij. ꝛ inuenit gr̄am apō deū: ꝛ sept̄ opa miscōie exhibuit regi: vt s. dictū est. Jō est potētissima. Filiꝰ q̄ꝫ fecē eā camerariā suā: q̄: venter eiꝰ purgatꝰ scrōspū ꝛ pictus donis celestib⁹ fuit camera filij dei: quem habēdo i vtero habebat ignē inextinguibilē: lucē inaccessibilē: ꝛ dulcedinē ineffabilē. Et spūs sctūs fecē eā elemosynariā suā. Pī em̄ ꝛ filiꝰ dant nob sua dona ꝓ amoꝛē: ꝛ oꝛr ꝓ spm̄sctm̄ q̄ ē amoꝛ ꝛ ꝑmū donū: sꝫ ipe spūsctūs dat nob sua dona ꝓ ꝑginem. Vñ ipa in coꝛpe mixto cōparat collo: ꝓ qō caput influit aliis membris. Vñ fm Bern. nlla gr̄a de celo descēdit ad trā nisi trāseat ꝓ manꝰ Marie. Qō intelligit inq̄ntū ea q̄ fac̄ chr̄s dī facere ꝑgo q̄ dedit chr̄o esse hoiez siue hūanitatē: ꝓ quā chr̄s est mortuꝰ. ꝛ nos deo recōciliauit: ꝛ nobis meruit.

Dñica in ramis palmarum.

Scitis q̄a post biduū pasca fiet: et filiꝰ hominis tradetur vt crucifigat: tunc cōgregati sūt p̄rincipes sacerdotū et seniores populi ꝛc.

Scitis quia post ꝛc.

Jn hac dominica legit passio sed illam ꝛ omnes alias que leguntur in ferialib⁹ diebus: vide infra in feria sexta. Legit etiā illō cuāgeliū: cum appropinq̄rer: sed vide illud supra dñica ꝑma in aduentu.

Feria .ij. post dñicaz palmaz.
Lex. euange. Joā ca. xij.

Ante sex dies pasce ve/
nit Jesus Bethaniaz:
vbi fuerat lazar⁹ mor/
tu⁹ quē suscitauit ihes⁹.
Fecerūt aūt ei cenā ibi. z Mar/
tha mīstrabat. Lazar⁹ vo vnus
erat ex discūbētibꝫcū eo. Maria
ḡ accepit librā vnguēti nardipi
stici pciosi: z vnxit pedes ihesu: z
extersit capillis suis pedes ei⁹
z dom⁹ impleta est ex odore vn
guenti. Dicit ergo vn⁹ ex disci/
pulis suis Judas scariothis: q̄
erat eum traditur⁹. Quare hoc
vnguentū nō venit trecēis de
narijs et datū est egenis? Dixit
aūt hoc non q̄z de egenis ptine/
bat ad eū: sed q̄z fur erat: z locu
los habēs: ea q̄ mittebant por/
tabat. Dixit ergo ihesus. Sine il
lā vt in die sepulture mee fuet
illud. Paupes enī sp habebitis
vobiscū: me aūt nō sp habebitz
vobiscū. Cognouit ergo turba
multa ex iudeis q̄z illic esset: et
venerūt nō ꝓpter ihesū tm: sed vt
Lazaz viderēt quē suscitauit a
mortuis. Cogitauerūt aūt pri/
cipes sacerdotū vt lazarū inter
ficerent: q̄z multi ꝓpter illū abi/
bant ex iudeis z credebāt in ie/
sum. In crastinū āt turba mul/
ta q̄ venerat ad diē festū cū au
disset q̄z venit ihesus hierlymaz:
acceperūt ramos palmaz: et ꝓ/
cesserūt obuiam ei z clamabāt:
Osanna: benedictus q̄ venit in
noīe dñi rex israel. Et inuenit ie
sus asellum z sedit sup eū sicut
scriptū ē. Noli timere filia sion
Ecce rex tuus venit sedēs sup
pullum asine. Hoc nō cognouē
runt discipuli eius primum sed
qñ glorificat⁹ est Jesus: tunc re
cordati sunt q̄z hec erāt scripta
de eo: et hec fecerūt ei. Testimo
nium ergo phibebat turba que
erat cum eo quando Lazaz vo
cauit de monumento: z suscita/
uit eum a mortuis. Propterea
et obuiā venit ei turba quia au
dierūt eum fecisse hoc signum.
Pharisei ḡ dixerunt ad semet/
ipos. Videris quia nihil profi/
cimus. Ecce mūdus totus post
eū abijt. Erāt aūt gētiles qdaz
ex his qui ascenderāt vt adora/
rēt in die festo. Hi ergo accesse/
rūt ad philippū q̄ erat a Beth/
saida galilee: et rogabāt eū dicē
tes Domine volumus ihesum vi
dere. Venit philippus et dicit
andree. Andreas rursum z phi
lippus dixerūt ihesu. Jesus aūt
respondit eis dicēs Venit ho/
ra: vt clarificetur filius homis.
Amen amē dico vobis: nisi gra/
num frumenti cadens in terra
mortuū fuerit: ipsum solū ma/
net. Si autem mortuū fuerit:
multū fructū affert. Qui amat
aiam suam: pdet eā: Et q̄ odit
aiam suā in hoc mundo: in vitā
eternā custodit eam. Si q̄s mi/
hi ministrat: me sequat. Et vbi
sum ego illic z mīster meus erit
Si q̄s mihi mīstrauerit: hono/
rificabit eū p̄z meus. Nūc ania
mea turbata ē. Et quid dicam.
Pater saluifica me ex hac hora.
Sed ꝓpterea veni in horā hāc
P̄z clarifica nomē tuū. Venit
ḡ vox de celo: dicēs. Et clarifi/
cauī et iterꝫ clarificabo Turba
ḡ q̄ stabat et audierat: dicebat:

tonitrnū factū ee. Alij dicebāt. Angel⁹ ei locut⁹ est. Rñdit ies⁹: t dixit. Nō ꝓpter me vox hec venit: sz ꝓpter vos. Nūc iudiciū ē mūdi. Nūc ꝑnceps huius mūdi eiciet foras. Et ego si exaltat⁹ fuero a terra: oia trahā ad meipm. Hoc aūt dicebat ꝯsignans q̄ morte eet moriturꝰ. Rñdit ei turba Nos audiuimꝰ ex lege: q̄ chr̄s manet in etnū. Et quō tu dicis opz exaltari filiū hoīs. Quis ē iste filiꝰ hoīs. Dixit ḡ eis ihesus. Adhuc modicū lumē in vobis est. Ambulate dū lucē habetis: vt nō tenebre vos cōprehēdāt. Et q̄ ambulat in tenebris nescit q̄ vadit. Dū lucē hētis credite in lucē: vt filij lucis sitis. Hec locu. ē ihesus: t abijt t abscōdit se ab eis.

Ante sex dies pasce ꝛc. Joā. xij. In ꝑncipio euāg. in q̄ narrat quō chr̄s sabbo ante dñicā palmaꝝ exiēs de deserto in q̄ latuerat venit bethaniā: t se quēti die in hierl'm: t ibi ꝑdicauit/ tanq̄ gunt tria pūcta: que sunt Murmuratio: Associatio: t Predicatio.

Quātū ad ꝑmū in q̄ tangit murmuratio iude ꝓ effusione vnguēti: opz solū aliq̄ declarare ꝓba (Ante sex dies pasce) .i. sexto die añ pasca. i. sabbo añ dñicam palmaꝝ. Dic aūt Theo. q̄ tūc incipiebant conuiare t solēnizare q̄ in crastinū. i. in die palmaꝝ erat. x. dies mēsis/ i q̄ agn⁹ imolād⁹ segregabat a grege (venit Bethaniā vbi erat Lazarꝰ mortuꝰ: quē suscitauit ihesus. Fecerūt aūt ei cenam) in domo Simonis leprosi. vt dr Mat. xxvj. Nec obstat q̄ Martha ministrabat/ vel Lazarꝰ recūbebat: quia vtrūq̄ potuit in domo auūculi vicina fuisse (t martha ministrabat: lazarꝰ vero vnꝰ erat ex discūbētibꝫ cū eo. Maria ḡ accepit librā vnguēti) Ecce magnificētiā marie (nardi pistici ꝑciosi) Dr aūt pistici ꝯm Aug. a loco vñ erat vnguētū. Vel pistici. i. fidelis ꝯm Alchui. Pistis em̄ grece latie dr fides. Nō ei erat adulteratū alīs speciebꝫ seu sophisticatū (t vnxit pedes ihesu: t ext. capil. su. pe. eiꝰ: t domꝰ iple. est ex odo. vnguēti. Dic ḡ vnꝰ ex discī. su. iudas scariothis) sic dictus est a scarioth vico. Jñ em̄ dr. hic t hec scariothis. t h̄ scariothe) q̄ erat eū traditurꝰ. Quare h̄ vnguētū nō venit trecentis denarijs: t datū est egenis) Sz q̄ aliꝰ dicūt discipl'os/ t nō solū iudā murmurasse. Ad h̄ dr Augu. de ꝓsen. euā. q̄ aliꝰ ponūt pl'em nūero ꝓ singl'ari. vel vt dr Joā. de solo iuda memit: q̄ latro erat. Alij ꝓpter paupes curā murmur ꝓcepert: aut t ꝓba exꝑsserūt. (Dixit aūt h̄ nō: q̄ de egenis ptineret ad eū) s. ꝯtū ad affectū. ptinebat autē ꝯtū ad officiū: q̄ erat dispēsatoꝛ (sz q̄ fur erat t locꝰ hns). i. custos exns loculoꝛ sine burse dñi acꝯdiscipl'oꝝ. Et ꝓz Aug. dns admisit t tolerauit furem vt discamus malos tolerare. Et ei loculos dns cōmisit ꝯm Chrys. ne aliquā hr̄ occasionē t diceret. pecuniaꝝ desiderio dominū ꝑdidi. Vel ꝯm Theo. q̄ minimꝰ erat. Dioꝛ ei est pecunie dispēsatio/ q̄ doctria. Hūit aūt locꝰ dns ꝓz Aug. vt scirer eccl'ia qñ locꝰ hr̄e pōt. et ꝯm s. Tho. in signū q̄ h̄ nō derogat sūme ꝓfectōi. t ꝯm eūdē in signū q̄ illō Mat. vj. Nolite solliciti esse: nō signat q̄ nihil in crastinū refuer (ea q̄ mittebāt: chr̄o paupi t collegio suo (porrabat) t ꝯtr cupiebat hr̄e sp bursā plenā: vt melꝰ in de subtraheret. (Dixit ḡ Jesus) volēs rōnabil'r excusare mariā. Dic ei Chrys. t s. Tho. q̄ ml'ta bona st/ de q̄b sl cōsiliū peteret añq̄ fierēt ea nō ꝓsulerem⁹ q̄ possent fieri meliora: sz tn̄ si tā cepe/rint fieri/ nō st ꝓhibenda dūmodo sint bona. Et sic dicūt q̄ dns añq̄ Maria effudisset vngentū: forte illō dari pau/peribꝫ maluisset (sed tn̄ postq̄ iam res agebat dixit: Sinite illā) Et h̄ ꝓz q̄ plures erant murmurātes (Vt in diez sepulture mee seruet illud) non idē numero: sed specie/ vel genere: ꝯm sanctuz Tho. Beatus autē Matheus dicit.

Preuenit vngere corpus meū in sepul/
turā .i. morte sepulture. Exponit ār iste
passus tā varie vt meli⁹ iudicē ꝓtiā tm̄
expōnē ponere. Sciendū est ḡ ꝙ dubiū
est: an Maria ꝑsciuerit morē christi.
Quidā em̄ tō dicūt ꝙ nō: qz ex scꝓtura
nō hr̄. Et sic sensit s. Tho. di. h̄ illā fe/
cisse ex q̄dā instictu nature. sic frequnter
aliq̄ ad aliq̄d faciendū mouenť: cui⁹rō/
nē nō intelligūt. vt Caiphas Joan. xj.
Vel⁹ nō incouenit ꝙ sciuerit eā: qz fuit
familiarissima chr̄o: z ꝓbū eius audie/
bat libēr̄issime. Si ḡ chr̄s. xij. discipl̄is
p̄dixit passionē: quā z mr̄ filio⁹ Zebe/
dei itellexit: nō ē irrōnabile ꝙ ertiā huic
cui ꝑmo voluit post resurrectōez appa/
rere eā p̄dixerit. Tū ertiā qz potuit a b.
ꝙgine q̄ ibi ꝑculdubio aderat sic z post
aderat cruci in die passiōis: de his edo
ceri. Dato tū ꝙ illā nō sciuerit: tn̄ cū es/
set nobilissima/nō potuit eā latere ꝙsi/
liū iudeo⁹ de morte chr̄i. Timuit ār ne
chr̄o occiso illuz inūgere nō ꝑmitterek:
nec tū erat sine spe vngēdi cadauer. Et
tō z ꝑuenit inūgere corp⁹: z tn̄ seruauit
etiam aliq̄d de vnguēto ad vnguēdū si
posset in sepulchro. Vnū ḡ fec̄: qz vn/
xit. z de h̄ dicit Matth. ꝑuenit vngere
corpus ꝛc. aliud facere cogitabat: z de
h̄ dixit Joānes. vt i die ꝛc. Discipl̄i ār
reꝓhendebāt eā de eo qō fecerat. z resi
duū vnguēti forte vēdi volebāt: z chr̄s
eos de vtroq⁹ cōpescuit. De ꝑmo q̄dez
vt ot Mat. De scōo vt ot Joā. (Pau/
peres em̄ sp̄ hēbitis vobiscū: me aūt sp̄
nō hēbitis). s. q̄tū ad p̄sentiā corpales.
Quantū em̄ ad diuinitatē: z q̄tū ad p̄
sentiā ei⁹ in sacramēto eucharistie: z q̄
tū ad p̄sentiā p̄ gr̄am z amorē in cordi/
bus se amantiū. z q̄tū ad specialē pui/
dentiā quā hz de bonis ot Matt. vlt.
Ecce ego vobiscū sū ꝛc. (Cognit ḡ tur
ba mlta ex iudeis qz illic esset: z venerī
nō ꝓp̄ iesum tm̄: sed vt Lazar⁹ videret
quē suscitauerat a mortuis) Desidera
bant em̄ videre suscitatorez q̄triduani
mortui: z ipm̄ suscitatū: z de futura vi/
ta aliq̄d itelligere ab eo q̄ inō redierat:
.i. Lazaro. qz hmōi desideriuz inatū est
hoi. vt ot s. Tho. (Cogitauerī aūt ꝑn
cipes sac̄dotū vt z Lazarū interficerent.
qm̄ mlti ꝓp̄ illū abibāt ex iudeis (a hie
rusalē in bethaniā: vl̄ a synagoga ad fi
dē) z credebāt in iesū. O stulticiā. Sz
q̄re nō ita actū est circa alios resuscita/
tos z sanatos a dño: Rñdet Chryſ. et
s. Tho. q⁹ ꝓpter q̄ttuor. Prīo: qz h̄ mira
culū fuit patēs coram mlt̄is z magnū.
Scōo: qz lazarus erat ꝑsona insignis.
Tertio qz tē erat festū i q̄ tot⁹ ꝑpl's erat
ꝓpe bethaniā. Quarto: qz nō ꝑsant ca/
lūniari h̄ fem̄ fuisse ꝛ legē q̄si in sabbo
ꝓperatū: sic fecerāt de ceco nato. Jtē
ei ꝛcurrētib⁹ tot⁹ q̄dē mōs cōuerti de/
buisset. sed corda q̄ fuerāt vicio⁹ inuī/
dieq⁹ vel maxīe armis occupata: cōtra
deū armāt ad pugnā.

Quantū ad scōm tangit quō chr̄s so
lēniter fuit associat⁹ in hierl'm i die pal
marū: ibi (Jn crastinū aūt turba mlta q̄
venerat ad diē festū cū audisset qz iesus
venit hierl'ymā: acceperūt ramos pal/
marū: z ꝓcesserūt obuiā ei z clamabant.
O sanna bñdic. q̄ ve. in no. dñi rex isrl'.
Et inuenit iesus asellū z sedit sup eū: sic
ut scꝓtū est. Noli timere filia syon: ec/
ce rex tu⁹ venit sedens sup pullū asine.
Hoc nō cognouerūt discipl̄i ei⁹ ꝑmū). i.
ante passionē km̄ s. Tho. (sed q̄n gl'ifi
catus est iesus). i. q̄n gl'iosus resurrexit
km̄ Aug. (tūc recordati sunt). i. intelle
xerūt nouit. sic q̄ recordar intelligit de
nouo actualit̄ qō ꝑus nouerat habitua
lit̄ (qz hec erāt scꝓta de eo: z hec fecerī
ei) q̄. s. erāt scꝓta (Testimoniū ḡ ꝓhi/
bebat turba q̄ erat cū eo qñ Lazar⁹ vo/
cauit de monumēto: z suscitauit eum a
mortuis) Vbi patet qz tot intfuisse susci
tationi Lazari ꝙ potant dici turba: qō
sonat mltitudinez magnā (Propter z
obuiā venit ei turba q̄ audierāt eum fe
cisse h̄ signū. Pharisei ḡ dixerūt ad se/
metipos. Videtis qz nihil ꝓficim⁹. Ec
ce mūdus tot⁹ post eū abīt) id est qua/
si totus ꝑpl's. Est em̄ hyperbole.

Quārū ad trīū tangit p̄dicatio quaz
illa die fecit i hierl'm: ibi. (Erāt aūt gē
tiles q̄dā ex his q̄ ascēderāt vt adorarēt
in die festo) Jz ei eēnt gētiles: tn̄ idola
nō colebāt: sz verū deū. (Hi ḡ accesserī

Feria.ii.post Ramispalmar

ad Philippū)quē.s.mitē videbant)qui erat a Bethsaida galilee:z rogabāt eū dicētes. Dñe volumus Jesum videre) Sic aūt ōr s.Tho.chīs iudeis tm̄ pdi/ cauit pſonaliť:qō intelligiť regulariter z pncipaliť:gētib⁹ aūt p aplos:fm illō Esa.vlti. Mittā ex eis ą saluati fuerit ad gentes:z annūciabūt gl̄iaz meā gen tib⁹. Hoc aūt tā pfigurabať inq̄ntū gē/ tiles chīo deuoti nō adierunt illū ime/ diate.ſz vnū discipl'oz ei⁹. Sz sicut gē tes quer se p aplos vidēt chīz i gl̄ia:ita ſti vt credo tūc chīz viderūt z allocuti sūt.(Venit Philipp⁹ z ōt andree) Qz em̄ Andreas erat eo poz:cū cēt pmus chīi discipul⁹:z etiā qz p ipm Philipp⁹ fuerat quersus:vt hī ex pmo ca.Joan. tōo ei⁹ qsilio dirigi voluit:maxime fm Chrys.qz audierāt:i viā gentiū ne abi eritis.(Andreas rursum z philipp⁹ di xerūt ieſu. Jes⁹ āt rndit eis dicēs. Ve/ nit hora vt clarificet fili⁹ hois) ex quer siōe gētiliū:vt ōr Augu. quā annūciat occasiōe hor ą eū videre volebāt. Sed tn̄ vt idē ait:qz gl̄iam exaltatiōis debu it pcedere hūiliras passiōis: tō dixit se granū mortificādū i fidelitate iudeoz: z mltiplicādū gentilium fidelitate di. Amē amē dico vob nisi granū frumēti cadēs i terrā mortuū fuerit ipm solum manet. Si āt mortuū fuerit mltū fru/ ctū affert) Sic em̄ gnū seminatū ñ fru/ ctificat:nisi pus i tra marcescat:z vehe mēter alteret z corrūpat:ñ ądē pdendo pturē seminatuā:ſz vt ōr s.Tho.specie mutādo.s.p suā quersiōez i herbā:sic nc chīs ą gno cōparat reddidit fructū cō/ uersiōis gentiliū nisi a iudeis occisus. Deide chīs hortat ad imitatōez passio nis sue dicēs.(Qui amat aiaz suā pdet eā)Scōaz āt mētē Aug.h duplr expo/ nit:siue p aiaz accipim⁹ hois formā:si ue hois vitā. Prio sic(Qui amat aiam suā)vere volēdo ei bona spūalia (pdet eā)moriendo p chīo si fuerit oportunū. In morte em̄ ądām̄ pdit aia: ą ad mū dū istū(Et ą odit aiam suā i h mōo)eā .s.mortificādo vl'morti exhibendo pro chīo(i vitā eternā).i.ad vitā eternā (custo dit eā)Aug. Si cupis vitā tenere cum chīo:noli mortē timere p chīo. hec ille. Alio mō sic:(Qui amat aiaz suā)ñ ve/ re ſz apparēter:volēdo ei sensibilia bōa (pdet eā)i futuro:qz.s.eterna vita puabit (Qui āt odit aiaz suā i h mōo) odit in/ quā apparēter puādo eā sensibilib⁹ bo/ nis(in vitā eternā custodiet eā) z ad hunc sensum ōr idē. Noli amare aiaz(i hac vi ta)ne pdes eā i eterna vita. Hec ille. Est āt scōa expositio:vt ait.melioz:qz cū dr̄ pus:pdet eā:subaudiēdū est:in futuro. Sz p his sciēdū ē vt ōr s. Tho.q ama/ re aliq̄d ē velle ei bonum:z amare aiaz simplr:est ei velle bonū simplr.i. bonū ą aia fit bōa.i.sūmū bonū qō ē de⁹:vel bonū spūale. Amare āt eā fm q̄d:ē vel/ le ei bōa fm q̄d:vt bōa frena:ſz illō ps̄. Qui diligit iniq̄tatē odit aiam suā.hec ille.(Si q̄s mihi mīstrat).i. ą q̄rit que mea z ñ q̄ sua ſt:vt ōr s.Tho.(me seq̄t) scz subeūdo mortē:vt afferat fructū mlt̄ tū:si oportuerit(z vbi sū ego:illic z mi/ nister me⁹ erit).s. i gl̄ia in qua tūc erat chīs ą ad aiaz:zsi nō ą ad corp⁹:tō ñ di xit vbi ero ſz vbi sū. Et tō subdiť (si q̄s mihi mīstrauerit honorificabit eum p̄ me⁹) Aug. Mīstrat āt ieſu:ą nō sua q̄/ rit:ſz q̄ ieſu chīi. Hec ille. Videť g̃ ppe dici mīster chīi:ą relict⁹ suis: saluti va cat aiaz:ſz etiā mīster ei⁹ dicať platus: inq̄ntū mīstrat sacra.fm illō.j. Cor.iij Sic vos existimet rc.z q̄libet fideľ ser uās mādata chīi:fm illō.j. Cor.vj. In oib⁹ exhibeam⁹ rc. Est āt sciēdū q chīs ab instāti sue 2ceptiōis fuit gl̄iosus in aia:nō āt i corpe neq̄ i corpeis sensib⁹: vt posset mysteriū redēptiōis opari:vt ōr s.Tho.iij.q.xxxiij.z.q.lxvj. Relin/ q̄bat āt chīs in passiōe viris⁹ sensitiuis agere qō suū erat:dolēdo:z fugiēdo:et abhorrēdo doloroſa:vt idem ōr.q.lxvj vbi s. Qz g̃ chīs fuerat hortat⁹ ad se p mortē seq̄ndū:z aliq̄s potuisset dicere: tu secure potes mortem subire:qz nihil mali times:voluit oppositū oñdere:cū subdiť(Nūc aia mea turbata ē)horrore mortis. Que turbatio ñ erat p rōnē:sed fm rōnē excitata:ad oñsiōez vere hūani tatis:z ad istruendū ne recusem⁹ mortē etiā cū turbamur. Turbať aūt ppe qō

cõmouek excedẽs modũ sue tranqllita/
tis:sic mare cõmotũ turbatũ dicim⁹:ꝫ
s.Tho.turbak igit sensitiua ps anie:qñ
aliqb⁹ motib⁹ mouek:vt spe vl'rioze:vel
hmõi passiõib⁹. Sed hec turbatio qñq
sistit sub rõne:z qñq limites eius exce
dit:cũ.s.ipa rõ pturbak qõ i nll'o sapien
te fit. Vñ fm stoicos sapiẽs ñ turbak.s.
q̃ntũ ad rõnẽ:z marie chr̃s q̃ ẽ sapia dr̃.
Jn eo g̃ nõ fuit turbatio sup⁹ vl' ꝫ:sz fm
rõnẽ:qz i eo nll'a fuit passio nisi quã ipe
ꝛcitauit:qz i eo vires iferiores ita rõni
subdebank: q nihil agere vl' pati pote/
rãt:nisi qõ rõ ordiabat. Vñ dr̃ Joã.xj.
q turbauit semetipz. Hec oia idẽ.(z q̃d
dicã:).q.d.fm affectũ sensualitatꝭ dicã
(pr̃ saluifica me ex hac hora)sz tñ fm rõ
nẽ dico(sz ꝑpt̃ h̃)vt moriar(veni) sponte
(in hãc horã. Pr̃ clarifica nomen tuũ)p
mortẽ meã: faciendo tuam volũtatẽ :er
ñ meũ appetitũ sensitiuũ. Sz ꝛ. Nã vt
dr̃ apl's ad Heb.v. Chr̃s exaudit⁹ est,p
sua reuerẽtia.s.i omib⁹. Ergo si petiuit
saluari z libari a passiõe:nõ fuissz pass⁹
qõ ẽ falsũ. Ad h̃ dr̃ s.Tho.q istã petiti
onẽ rõ nõ ꝓposuit,ꝓpo motu:sz q̃si aduo
cata z ex psona naturak effect⁹ recusan/
tis mori. Est ãt exaudit⁹ in his q̃ rõ ex
sua pte petebat:z vt exaudiẽda. Et tõo
Chrys.legit inkrogatiue. Quid dicam:
Nunqd h̃. Pr̃ saluifica me ex hac hora:
q̃si dicat nõ: sz ꝓterea veni i hãc horã:
q̃si dicat. Nõ est iustũ vt liberer a passi
one:q veni pati. Petitiõez aũt suã ꝓpo/
nit rõ(pr̃ clarifica nomẽ tuũ).i.filiũ tuũ
fm s.Tho.qz cũ nomẽ dicak a noti/
cia q̃si notamẽ:est q̃ mãifestak res:z fi/
lio mãifestak pr̃. Vl' nomẽ tuũ fm eũdẽ
.i.potẽtiã z gl'iam tuã. Et in h̃ petit fi/
liũ pati:p cuius passiõez nomẽ dei erat
clarificãdũ(Venit g̃ vox)formata p an
gelũ imediate fm Grẽ.(dicẽs. Et clari
ficaui)fm Aug.añ mũdũ:z i natiuita/
te ex ỹgie:z i baptismo:z i miracl'is(et
iterꝫ clarificabo)i resurrectiõe:z ascen/
siõe:z mũdi ꝟuersiõe. Jsta aũt vox fm
Chrys.fuit bñ significatiua et expssiua:
sz adeo velox q rudes z ỏsidiosi eã ñ p/
ceperũt:iõ varie ỏ ea sentiebãt. Fuit ãt
a tota trinitate p angelũ formata:sz tñ
vox patris dr̃:qz ad eã re p̃sentandã for
mata ẽ. Et venit ꝓpt̃ turbã:qz dicebant
pharisei q a ỏo iste hõ nõ ẽ. Dr̃ g̃. Tur
ba g̃ q̃ stabat z audierat:dicebat toni/
truu factũ esse) Alij dicebãt:angel⁹ ei
locut⁹ est. Rñdit Jesus z dixit. Nõ ꝓpt̃
me vox hec venit:sed ꝓpt̃ vos)vt credat
tis quia a deo sum. Ego em̃ ista voce i/
strui non indigeo:qz nihil mihi attulit
qõ nescirẽ. Ostendit aũt fm Chrys. ꝟñr
z mod⁹ isti⁹ gl'ie:cũ dr̃(Nũc iudiciũ est
mũdi) Est aũt fz Aug. dei duplex iudi
ciũ:ꝛdemnatiõis.s.z pmiatiõis:vt ge/
nerale i fine mũdi:z speciale i morte cu
iusq̃. Aliud est iudiciũ discretiõis fide
liũ ab ifidelib⁹:z de isto vt ait h̃ est ser/
mo(Nũc)id est statim post hoc(ꝓnceps
hui⁹ mũdi)id est hominũ mũdano⁹ fm
Aug.nõ aũt hui⁹ mũdi.i.celi vel terre
.i.diabol⁹(ejiciet foras)a cordib⁹ infide
liũ z pcõ⁹ q̃b⁹ dominat.dum ad me cõ
uertent. Vel aliter.nũc iudiciũ ẽ mũdi
.i.p mundo:nõ ꝛ mundũ:vt.s. liberet a
diabolica poreſtate:z null⁹ ei subdak in
culpa vl' pena nisi volẽs:qz diabol⁹ per
passionẽ eiect⁹ est.i.pdidit solitã prãtez
Sz arguit cõtra p̃dicta. Nã si diabol⁹
eiect⁹ est foras:iã non tentaret sic pus:
qõ est falsũ. Rñdet s.Tho.q diabolus
qñ homo est i pcõ:regnat i eo z tentat
illũ ab interiori. Vbi ꝓ hõ desinit esse
de mũdo:solũ ab exteriori regnat z ten
tat. Sic g̃ eiect⁹ est foras:qz effect⁹ pcti
in hoie nõ est ab interiori:sz ab exteriori
Hec ille. Qui obscure videt loq̃.sed vt
colligit.liij.q.xlix.ar.ij. ad scõm intẽdit
sic dicere. Diabol⁹ suparo hoie p pctm
habebat prãtez impediẽdi hoiem a sua
salute q̃ntũ ad tertiũ. Pr̃io inq̃ntũ po/
terat ex iusticia dei hoiem in pcõ tene/
re siue i statu pcti:nõ qz hõ nõ possz pe/
nitere:sed qz nõ poterat se educere ỏsta
tu pcti. Et scõo inq̃ntũ poterat hoiez si
liberatum a statu pcti deducere ad alia
peccata: q̃ omnia exñs in rali statu cauẽ
re nõ põt diu:zsi singula. Vñ q̃dammõ
ab interiori pcipitabat hominẽ in mor
tale peccatũ:non qz moueret ꝟolũtatẽ:
sed qz ad talẽ statũ suadẽdo deduxerat
in quo quis nõ põt non peccare. tertio

In cena domini.

In cr̃tū pofat detinere in limbo etiā iu stos. Per passionē g̃ chr̃i electi⁹ est q̄ ad duo p̄ma: et añ cr̃ ipa fuisset expleta: qz frute ei⁹ hō surgebat a statu pcti: z 2ñr cauebat a pcis 2ñtib⁹ alīa pcā. Quo ad ptiū 2o est electi⁹ qñ ipa fuit cōsūmata. Scdo arguit. Nā si p̄nceps hui⁹ mūdi eūcit foras nūc: nō g̃ añ passionē chr̃i: z 2ñr tūc iusti nō fuere libati a pctō. Rñdet s. Tho. q añ passionez fuit electi⁹ a singl'aritib⁹ psonis: sz nō a toto mūdo sīc post. qz qō tē factū est ī pauc̄: post fcm est in m'tis. Vel vt ōr: añ passionē fuerūt iusti libati a pctō/sed nō totali'r: qa nō introducebant in regnū sīc post sublato flāmeo gladio qñ dictū est. Hodie mecū eris in paradiso. (Et ego si exaltat⁹ fuero) i. cū fuero exaltat⁹ fm Aug. Nō em̄ dubitat se exaltādū: vt ait in cruce p passionē (oia trahā ad metipm̄) omīa incr̃ fm Aug. vel ipm̄ z aiam z corp⁹. Vel fm eundē: oia: oēs hoies p̄destinatos. Vl' fm cūdē oia gña hoim. Credo añt tūc fuisse puerbiū q d suspendebat exaltari a t'ra dicebat. iō turba intellexit q chr̃s de sua morte loquerē. Vel fm Chry. Ḥ intellexēt qō facere cogitabāt nō ex ifusa sapia: sz stimulāte cōscientia. Hoc añt dicebat/ficans q̄ morte erat mori tur⁹. Rñdit ei turba (Nos audiuim⁹ ex lege. i. ex scr̄ptura (qz chr̃us manet in eternū) in m'tis em̄ locis scr̄pture fit mentio de chr̃i eternitate. vt Dañ. vj. Et protestas ei⁹ prās et'na (z quō tu dic̄: opz exaltari filiū hoīs:) Nō dixerat nūc statim chr̃s: opz exaltari filiū hoīs. vt dic̄ Aug. sed qz sup̄ se filiū hoīs dixerat: cū dixit. venit hora vt clarificet filiū hoīs. Jō illō retinētes sic dicūt. (Et qs ē iste filiꝰ hoīs:) q.d. si tu es ille: nō es chr̃us q̄ in eternū manet: si est ali⁹ dic qs sit ille Chr̃s añt cōmēdauit cos de Ḥ q noue/rant chr̃m eternū dī. (Adhuc modicū lumen in vob est) p Ḥ. s. vt ōr Augu. qz intelligit⁹ chr̃m esse eternū. Sz ista cognitio est impfecta: qz nō pcipitis q mors ei⁹ stat cū eternitate ei⁹ post resurrectōez (Jō ambulate). i. pficite in cognitiōe: (dū lucē habet⁹). i. dū ego sum̄ plens z docēs. vel fm Chry. Dū durat pñs vita (vt nō tenebre) tḡrantie z culpe/vel tenebre dānatiōis (vos 2phendāt. Et q ambu. in tene. ne. q vadat. Dū lucez habet⁹: credi. in lu. vt filiꝰ lucis sitis.). i. filiꝰ dei p gram. q ds est lux. (Hec locu. est te. z abijt z abscon. se ab eis) oīdens q in tenebris infidelitat⁹ remanerēt.

In cena dñi.
Textus euāge. Joā. ca. xiij.

Ante diem festū pasche sciēs iesus qz venit ei⁹ hora: vt trāseat ex hoc mū. ad pa cū dilexisset suos q erāt in mūdo: in finē dilexit eos. Et cena fcā cuz diabol⁹ iā misisset in coz vt traderet eū iudas simonis scariothis: sciēs qz oīa dedit ei pr̄ in man⁹. z qz a do exiuit: z ad deū vadit: surgit a cena z ponit vestimenta sua. Et cū accepisset linteū p̄cinxit se. Deinde misit aquā in peluī: z cepit lauare pedes discipl'oz: z extergere linteo q erat p̄recinctus. Venit g̃ ad simonē petrū. Et ōt ei petr⁹. Dñe: tu mihi lauas pedes? Rñdit iesus z dixit ei. Qō ego facio tu nescis mō: scies añt postea. Dic̄ ei petrus. Mō lauabis mihi pedes in eternū. Rñdit ei iesus. Si nō lauero te: nō hēbis p̄tem mecū. Dic̄ ei simon petrus. Dñe nō tm̄ pedes meos: sed z man⁹ et caput. Dic̄ ei iesus. Qui lot⁹ est nō indiget nisi vt pedes lauet: sz est mūdus tot⁹. Et vos mūdi estis sed non oēs. Sciebat em̄ quis nā esset qui traderet eū ꝓterea dixit: non estis mundi omnes. Postq̄z ergo lauit pedes eoz̄: accepit vestimenta sua: et cum recubuisset: iterum dixit eis.

Scitis q̃d fecerim vobis. Vos vocatis me magr̃ ⁊ dñe: ⁊ bñ dicitis: Sum etem. Si g̃ ego lauι pedes vr̃os dñs ⁊ magr̃: et vos debetis alter alteriꝰ lauare pedes. Exemplũ ei dedi vobis: vt quẽadmodũ ego feci vobis: ita et vos faciatis.

ANte diem festũ pasce ⁊c. Joã. xiij. In pñti euã. req̃runt tria pũcta: q̃ sit: ꝓparatio: ablutio: ⁊ admonitio. Quãtũ ad ꝑmũ tãgit quo chr̃s ꝓparauit se ad abluendũ discipl'oꝝ pedes. Dr̃ g̃ (Añ die festũ pasce). i. xiij. luna siue feria. v. in q̃ iciebat solẽnitas pascalis ad vespeꝝ: q: a vespa ad vesperam celebrabant festa. vt pz Exo. xlij. Sic g̃ factũ in vigilia natal'is dñi põt dici factũ i natli dñi: ita vt ôt s. Tho. alij euãgeliste dixer̃t cenã fcãz ꝓrio die azimoꝝ q: fctm fuit die p̃cedẽti ad vesperaz: q: tã ptinebat ad die azimoꝝ. Jo. aũt ôt: añ die pasce. i. añ feriã sextã q̃ erat ꝓprie prima dies celeberria. Est ãt pasca nomẽ irregl'aris declinatũ: q: est neu. gñis: et tñ ẽ ꝑme declinatõis. ite q: ẽ ꝑme declinat ⁊ tñ facit in tis. q: declinak pasca pasce: vel pascha pasche / fm ant̃qs codices. Jtẽ pascha aris. Et fz Amb. grecũ nomen est ⁊ passionẽ fcat. hebraice ꝙ ôt phase. i. tñsitus: quia transiuit dñs per Egyptũ percutiẽs Egyptios: ⁊ saluãs vel confuans hebr̃eos. Augusti. ꝙ ôt q̃ pasca hebraicũ est: et sonat transitũ. q: ramẽ vt alr grece paschm passio ôr. Jõ pascha passio putata est. Elidek aũt velle Augu. q̃ pascha descẽdat a phase fz aliã ꝙ exist̃iarõz: ꝓ corruptõz vocabuli. vt dicak pascha q̃si phasca seu phase addita c. ⁊ sublata h. lr̃a quã mlti latinoꝝ etiã mõ subtrahũt de phase: q̃s tñ ꝺdenant oia antiq̃ exẽplaria. Et idẽ videk sentire Hiero. di. q̃ pascha hebraice ôr phase. s. Tho. aũt sic ôr. Hoc festũ q̃dã putant vocari pasca a passione dñi: q̃ tunc celebrak: ⁊ ꝙcordãt cũ greco q: pasca grece idẽ est qꝺ patl: fz tñ ꝑma origo vocabuli hr̃ ex hebr̃eo: q: pascha ôr q̃si phase. i. tñsitus. vr ôr Exo. xij. Interptak aũt h̃ euãgelista ꝑpk duplicẽ tñsitũ. s. angeli percutiẽtis ꝑmogenita egypti ⁊ filioꝝ isr̃l tñseũtiũ mare rubr̃. Et ideo h̃ festũ vocãt pascha. vt pascha nostr̃ habeat vtriusq̃ lingue fcatõez: hebraice. s. ⁊ grece. q: in ipa passione dñi tñsitus fuit ꝑfius ex h̃ mõo ad ꝑfem: ⁊ oim nr̃m seq̃ntiũ chr̃um. Hec ille. Pasca tñ cũ sumak ꝑ agno pascali: ⁊ ꝑ panib' azimis: ⁊ ꝑ septẽ dieb' azimoꝝ: ⁊ die ꝑma q̃ erat celebris h̃ sumik vltio mõ fm s. Tho. Dies g̃ añ diez pasche fuit feria q̃nta ⁊ nõ feria q̃rta: vt volũt greci. Et ꝙñter chr̃s non ꝙsecrauit in fermẽtato: vt dicũt (sciẽs q: venit hora ei' vt tñseat ex h̃ mundo ad ꝑfem) ⁊ ꝙñter faciat pascha. i. tñsitũ (cũ dilexiss̃et suos) familiares p̃cipue. Dic̃ em s. Tho. q̃ aliq̃ sunt sui p̃ creatõem. Jo. j. Sui cũ nõ receper̃t. Aliq̃ ꝑ redẽptionẽ. i. dati ei p fidẽ. Joã. xvij. Tui erãt ⁊ mihi eos dedisti. Aliq̃ spẽali deuotõe. j. Parak. xij. Tui sum'o dauid. Prios diligit cõseruãdo eis bona nature. ⁊ scõos ꝙseruando eis bona gr̃e. alios ꝙ spũak'r ꝙsolãdo. Hec ille. (q̃ erãt in mũdo) ad differentiã mortuoꝝ: q̃ etiã erãt sui inq̃ntum spauerũt liberari ꝑ eũ: q̃ nõ tm̃ indiget dilectõe eiꝰ: vt exũtes in mõo: fm sctm Tho. (in finẽ). i. circa finẽ vite sue (dilexit eos) maiora. s. dilectionis sig̃ ondens q̃z ꝑus fm Chr̃y. vt ꝑpararet eos ad tristia supuẽtura. Vel fm Aug. in finẽ. i. in se vel in eccl̃a vltam: q̃ est finis. i. cã finalis. q. d. Ad h̃ dilexit vt saluaret. Vel fm eũdẽ in finẽ. i. vsq̃ ad h̃: vt ꝑ eis mortẽ sustineret q̃ est finis. i. tmin⁹. (Et cena) in q̃ edebãt agnũ pascale (facta). i. ꝑparata fm Aug. nõ aurẽ ꝙsũpta ⁊ tñsacta. Adhuc em vt ait cenabak / qñ pedes discipl'oꝝ lauit. Permanẽria em: vrputa hõ: dñr facta etiãsi sint pñtia: nõ aũt successiua. vt morꝰ: q̃ fieri est tñsire: ⁊ facta esse tñsiuisse (cũ diabol'o iam mississet in cor) Est aũt notandũ q̃ oia i feriora corpa obediũt spiritib' angelicis: etiã malis ad nutũ: sicut humanũ corꝑ aie, vt docz s. Tho. j. q.

cv.ij.di.vij.iij. ꝫ gen.c.ciij. Que ḡ fieri ꝓt motu locali hoꝝ coꝝpoꝝ/subsunt eoꝝ ptāti. Nullā tñ ꝑt diabol⁹ imꝑmere formā sine motu locali. Si ḡ ꝑ coꝝ intelligam⁹ intellectū: nō ꝑt diabol⁹ in illud imꝑmere aliquā formā imediate: ꝫ tñ ꝑt mouere spūs coꝝpeos/in qb⁹ sūt phāraſmata: ꝛ ſic reducere imaginatōz in actū imaginādi. ꝛ ꝙter imꝑmit ꝑ illā intellectui possibili ſpēm itelligibilē: vel ad actū reducit ꝫ imꝑſſam: q̄ actu ꝙſiderer rem imaginatā. Nec obſtat q̄ ad iſtā imꝑſſionē nō ſufficit phantaſia/ ſed requirit intellect⁹ agēs: qz iſte intellectus necario agit ꝓpte phāraſmate. Ꝯ niſi volūtas auerrat imaginatiuā: neceſſario intellect⁹ poſſibil' ꝙſiderabit ō reimagiata. Nec tñ ex h̄ ſequit q̄ diabol⁹ ſciat ꝓticularit̄ qđ cogitē: qz eadē ſpecie intelligibili ꝑt intellect⁹ poſſibilis vt ad diuerſos cōceptus formādos: ſm q̄ placz volūtati. vt ōr s. Tho in m'tris locꝫ. Sicut āt actū volūtatꝫ ſcire nō ꝓt: ita nec hūc vel illū vſum ſpeciei: licet nouerit vſum ſpeciei in cōmuni. Stante enim phantaſmate mulieris ſcit q̄ de illa cogito: ſed non ſcit qđ: vtrū. ſ. abhorrēdo peccū: ꝛ imꝑfectōez mulierē: vel cōplacendo in coꝝpalib⁹ illecebris. Si aūt ꝑ coꝝ intelligat volūtas: dupl'r ꝑt aliq̄d mitti in coꝝ. Vno mō mouēdo ipam volūtatē abitra vt illō velit. ꝛ ſic ſolū a ſe: ꝛ a dō moueā. vt docet s. Tho. j. q. cv. ij q. vj. ma. q. iij. ar. iij. ꝫ gē. iij. c. lxxxvij. Alio mō ſuggerēdo volūtati. qđ ſit dū aliq̄d oñdit ei vt bonū: et ſic imittit hō i coꝝ ꝑ ſenſus coꝝpeos ſuadēdo. Diabolus aūt ꝛ ꝑ ſenſus coꝝpeos ꝛ vlteri⁹ mouendo imaginatiuā ꝛ itellectū mō ꝑdicto. Qz tñ volūtas ꝑt auertere imaginatiuā ab imaginādo: intellectū a cōſiderādo aliq̄d. ꝛ qz ſtāte cōſideratiōe de aliq̄ ꝑt mouere itellectū ad bñ vel male de illo cogitandū. tō volūtas liba est nec cogit talī ſuggeſtiōe (vt traderet eū iudas ſimonis). ſ. fili⁹ (ſcariothis) Deſcribit aūt h̄ rps: vt magz appeat iudei nequicia ſm Chryſ. q̄ inꝛ tot charitatꝫ et hūilitatꝫ ſig̃ tā nephāda cogitabat. Et etiā ad oñdendā chr̄i ad inimicos charitatē ſm s. Tho. (ſciēs qz oīa). i. ꝑfitos rem ꝛ ſecuroꝛes ſm Aug. ꝛ Greg. Vl oīa. i opa ꝛ potentiā p̄is: ſm Origen. Vl oīa. i. ſaluādē oim ꝫ Chryſ. ꝛ Theo. (dedit ei p̄ in manꝰ) qz ꝛ inc̄tū hō et inc̄tū ds accepit a p̄te q̄q̄d habuit. ꝫ inc̄tuꝫ hō accepit a p̄te/ ꝛ a ſe/ ꝛ a ſpū ſcō. inc̄tū aūt ds a p̄te ſolū. (ꝛ qz a deo exijt) ꝑ eſſnā gñationē: ꝛ mirabilē coꝝpoꝛis ſui formatōez/ ꝛ mirabiliozē: imo ſūme mirabilē carnis aſſumptōez (ꝛ ad deū vadit) ꝑ imenſam dilectōez q̄ gl'iā coꝝpis meruit: ꝛ ꝑ doloroſam paſſionē: q̄ redemit oīe ſuppoſitū humani gñis ꝛ ꝑ gl'ioſam reſurrectōem in q̄ viuet in eſſnū (ſurgit a cena) vt. ſ. lauaret diſcipulorꝫ pedes. Sz ḡre p̄mittit: ſciens qz oia ꝛc. Dico q̄ h̄ factū eſt ꝓmo vt cōmendabiliꝰ apperet act⁹ hūilitatis ſtatim exercēdus. Scōo ne ꝺs crederet q̄ eius gl'ie aliq̄d deperiret ex actu vili. Ecce ḡ ꝓparatōez lotiōis. In hac ꝑte eſt morale documentū: vt q̄libz habeat cuſtodiā ſue mentis: qz diabol⁹ ꝑt imittere m'tra mala. vt dictum eſt Prouer. iij. Oñi cuſtodia ſerua coꝝ tuū. i. mētem. qñ ex ipo vita p̄cedit: imo ꝛ moꝛs.

Quantū ad ſcōm rangit ipa ablutio cū ōr (Et ponit). i. deponit (veſtimenta ſua) ſupioza. i. pallū: vt expeditioꝛ eſſet (Et cū accepiſſet linteū p̄cinxit ſe) vt inde loros pedes detergeret (Deīn miſit aquā in peluim) manib⁹ ꝓpꝛijs (ꝛ cepit lauare pedes diſcipl'oꝝ: ꝛ extergere linteo q̄ erat p̄cinctus.) Chryſ. Vide q̄liter hūilitatē dñs oñdit: nō ſolū in lauando pedes/ ſed etiā alit. Nō em̄ añ recūberet: ſed poſtq̄ reſedeꝛt oēs: tunc ſurrexit. Deīn nō ſolū lauit/ ſz veſtimēta deponit: linteū p̄cingit: ꝛ peluim impleꝛ: ꝛ nō alij iplere iuſſit: ſed oia opat: oñdens q̄ cū oi ſtudio opz talia facere. Hec ille. (Venit ḡ ad ſimonē petrū: ꝛ dic̄ ei petr⁹. Dñe tu mihi lauas pedes)

Eſt aūt h̄ q̄ſtio: qz vr q̄ tā alij fuerint loti ante petꝝ: qz ꝓmiſſum eſt. cepit lauare ꝛc. q̄re ḡ alij nō ꝺdixerit chriſtꝰ. Ad h̄ dico q̄ circa h̄ eſt triplex opio. Origen ōr q̄ ſic̄ medicus p'imoꝝ infirmantiū cure intentus incipit curā a magz in-

Algentib⁹:ita chr̃us cepit lauare pedes
sozdidos a sozdidis magr̃: ita q̃ vltimo
venit ad petrũ:q̃.s.rõne magni feruoz
pedes spũales habuit mũdiozes. Et h̃
videnr sonare ꝓba euãgelij dicẽtis.ce⁊
pit lauare pedes discipl'oꝝ.z deiñ seq̃r.
venit g̃ zc̃. Chrys.aũt ỏr q̃ lauare cepit
a ꝑmis. ſz ꝑdítoz tãc̃ stult⁹ z supbus ad
pedũ lotionẽ ꝓuenit petr⁹ q̃ mgr̃m reue
rebar. Alic̃s em̃ ꝓuenit Petr⁹: qz cepit
inc̃r lauare pedes discipl'oꝝ. z nll's h̃ p̃
sũpsisset/nisi iudas. Aug. ỏo ỏr q̃ ꝓus
venit ad Petr⁹:ita q̃ euangelista moz
suo ꝓponit totũ factũ di. Cepit lauare
pedes discipl'oꝝ.z postmodũ ponit mo
dũ di. Venit g̃ zc̃. Ad qõnẽ igit dicũt
Theo.z Chrys.q̃ sol⁹ iudas stult⁹ añ pe
trũ lauit. qõ colligit:qz alic̃s añ Petrũ
fuit lot⁹:vt inuit terr⁹.z nll's nisi stult⁹
ꝑdítoz h̃ p̃sumpsisset. Origen.aũt ỏr q̃
oẽs alij cogitauer̃t q̃ tãt⁹ doctoz sine cã
sa nõ faceret:z tioze q̃dã verebant. Pe
trus aũt sp̃ feruid⁹ ad insinuãda q̃ sibi
melioza videbant:z nihil aliỏ cogitãs/
nisi reuerẽtiã ad mgr̃m:z ex amoze ma⁊
gno fiducia assumẽs ẑdixit. Augu. ỏo
ỏr q̃ petr⁹ tanc̃ ꝑmus lot⁹ est ꝑoz. Qñ
g̃ pedes lauare cepit: venit ad eũ a q̃ ce
pit:vicz petr⁹ q̃ expauit:sic̃ z q̃libet alio
rũ expauisset.(Rñdit Jesus z dixit ei.
Qỏ ego facio).i.ꝑ q̃ỏ h̃ facio (tu ne
scis mõ:scies aũt postea) Faciebat em̃
illud nõ ꝓp ablutõez pedũ:sed in exem
plũ hũilitat̃:qỏ sciuit petr⁹ postea chr̃o
docẽte:z in mysterio inde ablutionis q̃
solũ fit p chr̃m instituente sacra noue le
gis.qỏ etiã postea petrus sciuit replet⁹
sp̃ũsctõ. Aug. Nec tñ ille dñici facti al⁊
titudinẽ extritus ꝓmittit fieri qỏ cur fi
eret ign̄abat:sed vsq̃ ad suos pedes hu
milem chr̃m videre/non põt sustinere.
Hec ille. Nã seq̃r. (Dic̃ ei petr⁹. Non
laua.mi.pe.in ex.) h̃ est:nũc̃ h̃ patiar.
ſm Aug. Hoc q̃pe inc̃r in exnũ nõ fit
qỏ nunc̃ fit. Ex h̃ aũt ſm Origẽ.pz q̃
alic̃s ſm puꝝ ꝓpositũ ꝓp ign̄antiã põt
velle qỏ nõ expedit:z nolle qỏ expedit.
(Rñdit ei Iesus. Si nõ lauero tc).i.pe
des tuos:totũ sumẽdo⁹ ꝓte (nõ habeb
ꝓtem mecũ).i.in celo. Et h̃ planũ est de
lotione sig̃ta.i.interioꝝ: qz in padisum
nihil inq̃natũ ingredic̃. Et etiã de loti
one ꝑcante z exercitata.i.de illa corpa⁊
li.qz ſz ſm se nõ eer̃ necaria ad salutẽ:tñ
ex ꝑcepto chr̃i qỏ ꝓtualic̃ in ei⁹ ꝓbis cõ
tinebar/erat necaria. Dic̃ em̃ s.Tho.
q̃ sic̃ q̃dam sc̃ phibita/qz mala. q̃dã ỏo
mala/qz phibita.ita q̃dã sc̃ ꝑcepta/ q̃a
necaria.z q̃dã necaria qz p̃cepta:vt ista
ablutio. Et vt ỏr Chrys. Chr̃s nõ dixit
cui⁹ gr̃a id facerer:ſz iposuit minas: q̃a
alic̃ nõ fuisset Petr⁹ suasus.(Rñdit ei
petrus.) Qui inc̃ oia maxie timebat a
chr̃o separi ſm Chrys. (Dñe:nõ tm̃ pe
me.ſz z ma.z caput.) Dic̃ aũt Tho.q̃
sic̃ in hoie sc̃ tria.s.supmũ:mediũ:z infi
mũ.i.caput: man⁹: z pedes.ita in hoie
interioꝝ sũt tria.i.ratio supioꝝ/ q̃
aia inheret deo.z inferioꝝ/q̃ vacat opi⁊
bus vite actiue.z sensualitas. Sciebat
aũt dñs discipl'os esse mũdos q̃ ad ca⁊
put:qz erãt deo ẑiũcti p fidẽ z charita⁊
tem.z q̃tũ ad man⁹: qz eoꝝ opa erant
sctã: sed nõ q̃ ad pedes.i.alic̃s affectus
terrenoꝝ. Et ideo subdit (Dixit ei Je
sus. Qui lotus est).s.per baptismũ ſm
Aug.(nõ indiger)si nõ supuenerat mo⁊
tale (nisi vt pedes lauet).i.hũanos af⁊
fectus ſm Aug.sine q̃b⁹ post baptismũ
p̃sens vita nõ ducit.ideo alia mẽbra nõ
est necesse lauare (Et vos mũdi estis)
scz p baptismũ. Sicut em̃ ỏr Augu.et
scũs Tho.ex hoc loco intelligim⁹ illos
fuisse baptizatos baptismo Joãnis ſz
aliquos.vel baptismo chr̃i/ qỏ rõnabi⁊
lius est vt dicũt. Sz ẑ:qz chr̃s nõ bapti
zabat: ſz discipli ei⁹ Joã.ix. Ad h̃ dic̃
s.Tho.q̃ nõ baptizabat turbas.bapti
zauit tamẽ discipl'os tanc̃ familiares.
Hec ille. Põt ẽt dici q̃ se inuicẽ bapti⁊
zarunt:sed ꝑmũ est verius. Unde dicit
Aug. Nec chr̃us renuit inc̃r baptizan
di ministeriũ vt baptizatos haberet ser
uos per quos alios baptizaret qui non
defuit hũilitatis ministerio qñ eis pe⁊
des lauit (sed nõ oẽs).qz mũdicie ba
ptismali iudas superaddidit mortle pec⁊
catum: a quo solo dicit homo immun⁊

ãus:sicut a venialí dr̃ immũdos hr̃e pe/des(Sciebat em̃ q̃naz esser q̃ traderet eũ:propterea dixit:nõ estis mũdi oẽs)

Jn hac ꝓte est morale documẽtũ vt freqnt̃ pedes abluam⁹ p ꝓfessionẽ etiã si sine mortali viuam⁹:qz nõ põt cũ pe/dum mũdicia terra calcari.i.p̃sens vita duci. Orige. Jmpossibile puto non cõ/taminari extrema aĩe z infima ei⁹:q̃q̃ q̃ ad hoies ꝓfect⁹ q̃s esse putet. Pluri/mi aũt etiã post baptismũ replent̃ pul/uere scelerũ vsq; ad vertícem. Qui ꝑo legitime discipuli christi sũt erga solos pedes indigent lotione. Hec ille.

Quãtũ ad tertiũ rangit̃ admonitio quã chr̃s de facto suo fec:cũ dr̃(Postq̃ g̃ lauit pedes eorum accepit vestimẽta sua)vt decẽti⁹ doceret. Ali⁹ em̃ habit⁹ decer ministrãtẽ q̃ debet esse expedit⁹: z ali⁹ docẽtẽ q̃ debet esse g̃uis(Et cum recubuisset iterꝫ dixit eis)volẽs petro ex ponere qõ nesciebat:ꝑm Augu.(Scitz q̃d fecerim vob:)Orig.Võ vt interro gatiue ꝓferat̃ vt oñdat facti magnitu/dinẽ:vt imperatiue vt eoz erigat intelle/ctũ. Hec ille.(Vos vocatis me)h̃ noie q̃d ẽ:(magr̃ z dñe:z bñ).i.vere(dicitis. Sum eterni)qz ipe illũinat oẽm hoiem Joã.j.z ꝓseqnt̃ est ꝓncipal⁹ mgr̃:et oia nõ solũ sũt sua:sz sũt ab illo facta. Hec tñ in h̃ christ⁹ est arrogãs ꝑm Aug.q̃a qui sup̃ omnia est nõ põt supbire. Et vt idem dicẽ:null⁹ deũ nosset si non se iudi cet ipse q̃ nouit. Jõ nõ ꝓter se sz ꝓter eos seipm laudat. Et intẽdit q̃ seipz cõ mẽdare est cõmẽdabile:qñ nõ adest pe/culũ supbiẽdi:z hocip̃z vtile est alijs siẽ z apls se cõmẽdauit.ij.Cor.xj. z idem dr̃ sctũs Tho.(Si g̃ ego laui pedes ve stros dñs z mgr̃:z vos) a fortiori:vt dr̃ Chrys.(debetz)debito necessitatz i ne/cessitate:als aũt debito honestatz tñ/mõ(alter alteri⁹ lauare pedes).i.pietatz officia inuicẽ exhibere. Multi etiã:vt ait Aug.hunc habẽt morẽ vt etiã ipsos pedes fratrũ in hospitiũ manib⁹ lauent oꝛe ipo visibili. Spũaliter tñ pedes in uicem lauam⁹ qñ inuicẽ crimina ꝓfite/mur:z q̃ inuicẽ oramus:vt idem dicit.

Est aũt ia hac ꝓte documẽtũ littera/le humilitatis z pietatz ad ꝓximos:ỏ q̃ dñs ait (Exemplũ em̃ dedi vobis)non vt illud solum memorie cõmendetz aut predicetis.(sed vt quẽadmodũ ego fecꝛ ita z vos faciatis)

Passio dñi nr̃i Jesu chr̃i ꝑm Matth.ca.xxvi.

SCitis quia post biduz pascha fiet:z filius ho/minis tradet̃ vt crucifi/gat̃. Tũc cõgregati sũt ꝓncipes sacerdotum et seniо/res populi in atrium principis sacerdotum:qui dicebatur cai/phas:z consilium fecerũt vt ie/sum dolo tenerent z occiderẽt. Dicebant autem. Non in die fe sto:ne forte tumultus fieret in populo. Cum autẽ esset Jesus in bethania in domo Simonis lepꝛosi:accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguẽti p̃/cios:et effudit super caput ipsi us recumbentis. Videntes au tem discipuli indignati sunt di centes. Vt quid perditio hec: Potuit em̃ istud venũdari ml̃/to et dari pauperibus. Sciens autẽ Jesus ait illis. Quid mo/lesti estis huic mulieri:Opus em̃ bonum operata est in me. nam semp pauꝑes habetis vo/biscum:me aũt nõ semp habebꝛ tis. Mittẽs em̃ hec vnguentuz hoc in corp⁹ meũ:ad sepeliẽduz me fecit. Amẽ dico vobis vbicũ q̃ p̃dicatũ fuerit hoc euãgeliũ in toto mũdo dicet̃:z q̃ hec fecꝛ memoriã ei⁹. Tũc abijt vn⁹ de duodecim q̃ dr̃ Judas scarioth ad ꝓncipes sacerdotũ:z ait illis. Quid vultz mihi dare:z ego

vobis cum tradam. At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde q̄rebat oportunitatē vt eū traderet. Prīa aūt die azymoꝝ accesserūt discipuli ad ihesū dicētes: Ubi vis paremus tibi comedere pascha: At Jesus dixit. Jte in ciuitatem ad quendā: z dicite ei: Magister ōt Tempꝰ meū ꝓpe est: apud te facio pascha cū discipulis meis. Et fecerūt discipuli sic ꝓstituit illis ihesus: z parauerūt pascha. Uespere aūt facto discūbebat cū duodecim discipulis suis. et edētibꝫ illꝰ dixit. Amē dico vob̄ q: vnꝰ vestrū me traditurꝰ est. Et ꝓtristati valde cepert singli dicere. Nūq̄d ego sū dñe: At ipe rūdēs ait. Qui intingit mecū manū ī parapside. h̄ me tradet: Filiꝰ q̄dē hoīs vadit sicut scriptū ē de illo. Ue aūt hoī illi p quē filiꝰ hoīs tradet. Bonū erat ei si natꝰ nō fuisset hō ille. Rūdens āt iudas q̄ tradidit eū dixit: Nūq̄d ego sū rabbi: Ait illi. Tu dixisti. Cenātibꝫ aūt eis accepit ihesus panē z bñdixit ac fregit dedit q̄ discipulis suis z ait. Accipite z comedite. hoc ē corpꝰ meū. Et accipiens calicē gr̄as egit: z dedit illis dicens: Bibite ex h̄ oēs. Hic est enī sanguis meꝰ noui testamenti qui p multis effūdet in remissionem peccatoꝝ. Dico aūt vobis. Non bibam amodo de hoc genimine vitis vsq̄ in diem illum cū illud bibam vobiscū nouū in regno p̄ris mei. Et hymno dicto exierunt in mōtē oliueti. Tunc dicit illis ihesꝰ. Oēs vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptū est enī. Percutiā pastorem z dispergentur oues gregis. postq̄ autem resurrexero precedam vos in galileam. Respondens aūt petrꝰ ait illi. Etsi omnes scandalizati fuerint ī te: ego nunq̄ scandalizabor. Ait illi ihesus. Amen dico tibi: q̄a in hac nocte anteqū gallꝰ cātet ter me negabis. At illi petrꝰ: Etiam si oportuerit me mori tecum: non te negabo. Similiter oēs discipuli dixerunt. Tunc venit ihesus cū illis in villam que dicitur gethsemani: z dixit discipulis suis. Sedete hic donec vadam illuc orem. Et assumpto petro z duob̄ filiis zebedei cepit contristari z mestus esse. Tunc ait illis. Tristis ē anima mea vsq̄ ad mortem. Sustinete hic et vigilate mecum. Et progressus pusillum procidit in faciem suam orans z dicens. Mi patꝫ si possibile ē trāseat a me calix iste Ueruntamen non sicut ego volo sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos z inuenit eos dormientes. Et dicit Petro: Simon non potuistis vna hora vigilare mecū vigilate z orate vt non intretis in tentationem. Spiritꝰ q̄dē promptus est. caro autem infirma. Jterum secūdo abiit: et orauit dicens. Pat mi si nō potest hic calix trāsire nisi bibam illum fiat voluntas tua. Et venit iterꝫ z inuenit eos dormientes. Erant enī oculi eorum grauati. Et relictis illis iterꝫ abiit z orauit tertio eundē sermonē dicēs. Tunc vēit ad discipulos suos

Et dicit illis. Dormite iã & requ
escite: Ecce appropinq̃bit hora
& filius hois tradet in manꝰ pec
catorũ. Surgite eamꝰ: ecce ap
propinq̃bit qui me tradet. Ad
huc illo loquẽte: ecce iudas vnꝰ
de duo decim venit: & cũ eo tur
ba mlta cũ gladijs & fustib⁹ mis
si a principib⁹ sacerdotũ & senio
rib⁹ ppli. Qui aũt tradidit eũ:
dedit eis signũ dicẽs. Quẽcũq;
osculatꝰ fuero ipe est: tenete eũ.
Et cõfestim accedẽs ad iesũ di
xit. Aue rabbi: et osculatꝰ est eũ.
Dixitq; illi iesus. Amice ad q̃d
venisti? Tũc accesserũt & manus
iniecerũt in iesũ: & tenuerũt eũ. Et
ecce vnꝰ ex his q̃ erãt cũ iesu: ex
tẽdẽs manũ exemit gladiũ suũ
& percutiẽs seruũ principis sacer
dotũ: amputauit auriculã eius
Tũc ait illi iesus. Cõuerte gla
diũ tuũ in locũ suũ. Oms em̃ q̃
acceperint gladiũ: gladio pibunt
An putas q̃ nõ possũ rogare
patrẽ meũ: & exhibebit mihi mo
do plus q̃ xij legiones angelo
rũ: quõ g̃ implebunt scripture:
Quia sic opz fieri. In illa hora di
xit iesus turbis. Tãq; ad latro
nẽ existi cũ gladijs & fustib⁹ cõ
phendere me: q̃tidie apud vos se
debã in tẽplo docẽs: & nõ me te
nuistis. Hoc aũt totũ factũ est vt
adimplerent scripture pphaꝝ.
Tũc discipli oes relicto eo fuge
rũt. At illi tenẽtes iesũ: duxerũ
ad caiphã principem sacerdotũ:
vbi scribe & seniores congenerãt.
Petrꝰ ãt seq̃batur eũ a lõge vsq; i
atriũ principis sacerdotũ: et in
gressus intro: sedebat cũ minis
tris vt videret finẽ. Principes
aũt sacerdotũ & oẽs pslium q̃re
bant falsum testimoniũ ptra ie
sum vt eũ morti traderẽt: & non
inuenerũt: cũ multi falsi testes
accessissent. Nouissime aũt ve
nerũt duo falsi testes: & dixerũt
Hic dixit: Possum destruere tẽ
plũ dei: & post triduũ reedifica
re illud. Et surgẽs princeps sa
cerdotũ ait illi. Nihil rñdes ad
ea q̃ isti aduersus te testificant?
Jesus aũt tacebat. Et princeps
sacerdotũ ait illi. Adiuro te per
deũ viuũ vt dicas nobis si tu es
chr̃s filius dei? Dicit illi iesus.
Tu dixisti. Verũtamẽ dico vo
bis: amodo videbitis filiũ hois
sedentẽ a dextris virtutis dei: et
venientẽ in nubib⁹ celi. Tũc pri
ceps sacerdotũ scidit vestimen
ta sua dicens. Blasphẽauit: q̃d
adhuc egemus testib⁹: ecce nũc
audistis blasphemiã: q̃d vobis
videt? At illi rñdentes dixerũt.
Reus est mortis. Tũc expuerũt
in faciẽ ei⁹: et colaphis eũ ceci
derũt. Alij aũt palmas in faciẽ
eius dederũt: dicẽtes. Prophe
tiza nobis chr̃e: q̃s est q̃ te pcus
